PRO CONVENTU CAN. REG.
SS CORPORIS CHRISTI.



L. 20. –

1

Adrian J.
Gorzechowski.



Casimiriæ Civitatis

Urbi Cracouiensi Confrontatæ,

Origo.

In eaq; Ecclesiarum Erectiones, et Religiosorum Fundationes.

Nec non

Series, Vitæ, Res gestæ, Præpositorum Conuentus Canonicorum Regularium Lateranensium, S. Augustini, ad Ecclesiam SS. Corporis Christi. Descriptæ.

A Stephano Ranothowicz eiusdem conuentus, et Ecclesiæ, Canonico Regul. professo.













PROOEMIVM.

Cum labilis sit memoria hominum, cui non suffraga
tur perpetuitas literarum; ideò necesse est, actiones legi
timas, quæ memoriâ indigent, per scripti continentiam, trans
mitti in notitiam posterorum. Eâ propter, subiit mentem me
am, in hoc libro, primò, prima Ciuitatis Casimiriensis initia: tum
Ecclesiarum, et Religiosorum in ea fundatorum, Originem: nec non
clarissimorum Virorum Congregationis nostræ Canonicæ, gesta, et
encomia: insuper singularia quædam eius temporis digna me
moratu, ad posteritatis memoriam transmittere. Quæ omnia quasi
in fasciculum collecta, piorum lectorum oculis subiicio. Neque
enim fas est, ut progenitorum dignitas, apud filios ignoretur,
apud quos omni genere laudis cumulata, splendescere debet,
quorum non solùm nomina in tabulas publicas referre: uerùm
etiam ipsorum imagines, in omnibus ordinis Conuentibus effingere
(ut saltem tali conspectu, crebraque recordatione, ad ipsorum imi
tationem accendantur) pium, et laudabile esset. Hunc igitur la
borem meum, pie lector, benigno prosequere affectu, et si quid
acerbius in quemque scriptum offenderis, uel quicquid inscitè, uel
ineptè oculis tuis occurrerit, sumpto calamo dele.

ERECTIO CIVITATIS CASIMIRIENSIS.

Nemini in ambiguum uenit, eo in loco, ubi nunc extat Ci
uitas, Casimiria dicta, fuisse villam antiquitus locatam, BAWol
dictam, de qua celeberrimus rerum polonicarum scriptor, Ioannes
Dlugossus libro de Monasteriis, et Ecclesiis, per diœcesim Cracouien. con
stitutis, sic, Anno Dñi. 1448 annotauit: Bawol Villa, sub parochia

Bawot Villa. de S. Jacobo, in Casimiria sita, Cuius proprietas ad Monasterium Miechouień pertinet, donata Monasterio, per Andream militem, fratrem Matthæi. Ad Cuius Villæ proprietatem, Capitulum Cracouień, commutatione, incertum est, uel precio, peruenerat; quam cum annis plurimis tenuisset; Casimirus Secundus, Poloniæ Rex, Villa ipsa à Capitulo empta, uel cambita, oppidum ex suo nomine Cazimirz in ea fundauit, Cracouień Vrbi confrontatum. Ita Dlugossus.

A. D. 1335. Itaq; Anno ab Incarnatione Domini nostri IESU CHRISTI, 1335. prænominatus Casimirus, qui communi omnium acclamatione, successit Vladislao Loctico in Regnum Poloniæ, et qui postea ab operibus magnificis, et oppidorum munitione, Magni cognomen adeptus est: Sic statim in exordio sui regiminis, ad perpetuam clarissimi sui nominis memoriam, cœpit locare Ciuitatem, è regione Vrbis Cracouiensis, ab altera parte Vistulæ; quam à suo nomine CASIMIRIAM nuncupari uoluit, et quam muro cinxit, turribus muniuit, plurimis libertatibus, immunitatibusq; donauit, principaliter uerò, quod ipsi Ciues, nullius Palatini, Castellani, uel Cuiuspiam alterius Judicis, præterquam ipsius Regis mandato, parere tenentur. Statuit quoq; perpetuis temporibus, feria quinta, in eadem Ciuitate habere forum generale. Ei-

Priuilegia Ciuitatis Casimirień. dem etiam, rasuram pannorum, et pensam metallorum, cum omnibus iuribus, ac solutionibus, ad instar Vrbis Cracouiensis indulsit. Concessit prætera dictæ Ciuitatis incolis, liberum omnium mercimoniorum vsum in Vrbe Cracouień, absq; Cuiusuis ulla contradictione. Mulctam quoq; sanciuit in eos, qui contra Conciuem suum gladium, cultelumue, siue Cuspidem, ausus fuerit, non solùm Conuertere, sed ne stringere quidem. Aliaq; complura, quæ in rem dictæ Ciuitatis pertinere nouerat, liberaliter impertiuit, pro ut de ea re, latiùs sonat Originale, seu ut vocant Priuilegium, Sandomiriæ, 3. calend. Martii, Anni 1335. ab ipso Conditum. In Cuius Ciuitatis Colonia deducenda, præcipua vsus est opera, hominum generis Teutonici, quos ex Hassia acciuerat, vnde etiam alteram vxorem, mortua priore duxerat, Adleidam, siue Hedwigim nomine, Hessorum Langrauii Henrici nomine filiam, sed quam postea, quod sibi deformior uideretur, repudiauerat. Cum qua plurimi ex Germania, huc ad nos commigrasse feruntur. Ex quibus prima ac præcipua Familia DD. Foxorum, ut publica munimenta illius Ciuitatis, acta q; vetusta profitentur, censetur fuisse; quæ pro insigni, binas falces, per transuersum sibi cohærentes, defert: et quæ statim ab ipsa origine, primos

illius Civitatis gessit Magistratus, eaq; singulari in Deum pietate, et Viros Ecclesia sticos propensa, semper liberalisq; extitit. Haec familia ad Annum usq; 1675. quo haec scribuntur, permansit. Ita Samuel Nakielscius, in Chronic. Conventus Miechou.

Vndecimo post fundatam Civitatem Casimiriensem Anno, scilicet 1346. Quidam nequam, et famelici latrunculi, sub Octavas SS. Corporis Christi, de Ecclesia parochiali Omnium Sanctorum, Cracoviæ, delatorium Diuinissimi Sacramenti, (vulgò Monstrantia) furati sunt: compertoq; quod esset ærea, eam in paludem arbustis plenam, ad Ecclesiam S. Laurentii, iam tunc in Casimiria extantem, proiecerunt, in agris villæ Bawol, cuius villæ proprietas ad Capitulum Cracouiense pertinebat. Et quum plures mortales, luminaria die noctuq; relucentia uiderent, ad pontificem Cracouiensem, eiusq; Venerabile capitulum, ac deinde ad Regem Casimirum, rem tanquam prodigiosam retulere. Qui processionibus totius vrbis Cracovien ordinatis, biduo prius ieiunio indicto, et exacto, cum hymnis, et vexillis, palustrem adeuntes, delatorium cum Diuinissimo sacramento acceperunt, et illud ad Ecclesiam Omnium Sanctorum, unde erat ablatum retulerunt. Excellentissimus autem Rex Casimirus, in loco inventionis, tam ineffabilis sacramenti, quamuis cænoso, et paludinoso, Ecclesiam in honorem et titulum SS. Corporis Christi, se fundaturum vouit. Ita Dlugossius. Obiit Casimirus Rex poloniæ, qui testamentaliter comisit corpus Ecclæ nræ, per eundem diu incohatæ totaliter perficere, quod et factu est. A.D. 1442. A. D. 1346. Inuentio SS. Sacram. Episc. Joan nes Grot. Ita in catha logo mortuo rum Benefacto rum.

FUNDATIO ECCLESIÆ SS. CORPORIS CHRISTI.

Altero anno, videlicet 1347. Serenissimus poloniæ Rex Casimirus Magnus, Ecclesiæ SS. Corporis Christi, nobilem chorum, et sacrarium, cocto latere initiauit, et annis sequentibus consumauit. Parochiâ quam ex antiquo Ecclesia S. Laurentii habebat, ei adiunctâ, calicibusq; ac apparatibus locupletauit. Titulumq; quo Ecclesia S. Francisci, à primaeua sui fundatione illustrata fuerat, Fratribus Minoribus, pretio, precibusq; contentatis (ut solidior fundatio fieret, et permaneret,) abrogari, et extingui curauit. Ita Dlugossius. Itaq; cū ferè vniuersi nouæ Civitatis accolæ eius parochiæ attributi essent, primus parochus Jaroslaus nomine, presbyter sæcularis, huic Ecclesiæ præficitur. et exinde haec Ecclesia, per annos septuaginta plus vltra, à Sæcularibus sacerdotibus regebatur. Nec mora, sequenti anno, scilicet 1348. Idem Jaroslaus parochus sæcularis, Confraternitatem SS. Corporis Christi ad eandem Ecclesiam erexit, et à Summo Pontifice Clemente VI. Confirmationem impetrauit. A.D. 1347. A.D. 1348. Confraterni tas SS. Corp. Christi.

Anno Domini. 1349. Casimirus Rex, præclarè res à se gestas, et Virtutes suas eximias, macula non parua defœdauit, nam is à Russica expeditione reuersus, et secundis rebus, laudibusq; hominum insolescens, Adleydam, siue Heduigim, quam secundam Vxorem, mortua priori nuper duxerat, filiam Henrici Hessorum Langrauii, despicatui habere cœpit, et amoribus atq; illecebris captus, fascinatusq; pluribus in locis concubinas alebat, et quo maiori licentia libidinibus A. D. 1349. Casimirus Rex dehur pat famam suam.

indulgeret, segregatam à se, in Zarnouecensem Arcem relegauit: quam postea pater suus, nemine prohibente, domum reduxit, ubi paulò post, è vita excessit. Cum verò eo nomine, à Bozenta Cracouiensi Episcopo, officii sui admoneretur, non modò non resipuit, sed etiam subiectos ei homines, in territorio Sandomiriensi, per Ottonem Pilecium gente Toporum, palatinum et præfectum eius loci, indebitis tributis uexauit. porrò cum his de rebus Pontifici Maximo indicassent, isqz moneri eum suo nomine vellet, Martinus cognomento Barisca, Vnus de Vicariis Basilicæ Cracouien, ad id muneris exequendum, potissimum delectus est; quem cum monitoriis mandatis Clementis PP. VI. ad se uenire Casimirus Rex cognosceret, protinus eundem in profluentem Vistulæ, mergere iussit. Huius facinoris, postea serò licet, Regem pænituit, proinde post duos annos, misso pro absolutione Albrico Cancellario Dobrinensi, plebano Bochnensi, ad Clementem Pontificem Maximum, qui tunc Auinioni in Galliis sedem Pontificiam habuit, lacrimis grande hoc scelus, et austeriore vitâ expiare cœpit. Et quamprimum societati Ecclesiasticæ reconcilliatus fuit, multa pia, ac præclara, ad placandam Diuini numinis iram, salubriter facere aggressus est. Ita Miechouiensis.

Vicarius Eccl. Crac. submergit.

Et inprimis Anno Dñi. 1351. Monasterium Fratrum, Ordinis sacri sepulchri Dominici Hierosolimitani, sub Regula Beati Augustini Viuentium, in meditulio, inter Cracouiam et Casimiriam iacente, (quod Stradomia Vocatur,) in via, per quam ad Martyrium Martinus Barisca ducebatur, dato loco spatioso pro Monasterio, et Hospitali infirmorum, erexit, et fundauit. Quod Monasterium, atqz hospitale infirmorum, muro circumduxit, ædificans habitacula, et cellas pro fratribus, et rechinatorium pro infirmis, et miserabilibus personis. Ad quod Monasterium et Hospitale, amplissimam Ecclesiam de latere cocto, in Honorem Beatæ Heduigis, Ducissæ Poloniæ et Bohemiæ, ex cuius sanguine et ipse satus erat, ædificauit. Ita Miechouiensis.

A.D. 1351.

Ecclesia S. Heduigis.

Eodem anno q supra. Pestis atrox, totam infecit Poloniam, quæ multos mortales absumpsit. Hoc sequenti anno, Cometes per quinqz septimanas apparebat.

Pestis.

Anno Domini. 1361. Idem Casimirus Rex (teste Miechouiensi) in Ciuitate Casimiriensi Cracouiæ vicina, secus murum, et Ecclesiam S. Laurentii, Domos, Cameras, Lectoria, lapideo muro, pro habitatione, et lectionibus Doctorum, atqz Magistrorum, nouæ Vniuersitatis, pro decore Regni Poloniæ erigendæ, ædificauit; missisqz notabilibus nuntiis Auinionem, ad Vrbanum Papam V. huiusmodi fundationem à Sede Apostolica admitti obtinuit. Quæ tamen Vniuersitas, morte Casimiri interueniente, non fuit sortita suum effectum, nec ipsa fundatio, atqz dotatio, progressum habuit: laudem eam, reseruante Deo, eius successori Jagieloni, pio ac optimo principi, qui pari tactus pietate, simul ac regnum cœpit, finem huic operi imposuit, cum non in angulo Casimiriensi, sed in ipsa principali Vrbe Cracouiensi, Aulam hanc Doctorum Virorum condidit, perfecitqz. Hoc tempore, primò Moneta in regno Poloniæ argentea cudebatur.

A.D. 1361.

Casimiriæ fundatur Academia.

Sequenti Anno 1362. Cometes apparuit, hunc secuta est fames grauis in Polonia; uerùm Casimirus Rex ab aliis præcedentibus annis, plena horrea frumentorum habuit, potentioribus Vendebat, plebs verò pro frumento ædificabat Arces; muros

A.D. 1362.

Casimiria

circa Civitatem exstruebat: Sub id tempus, Circa Casimiriam, mandante Rege, per fossam deductus est fluvius Vistula, ab hac parte qua circumfluit Arcem Cracoviensem, ad hanc versus montes, ante Casimiriam. Ita Habielscius. Circumdata Vistula.

Anno Domini. 1363. Idem Casimirus Rex, Monasterium insigne excitavit Casimiriæ, ad quod in die S. Martini Episcopi et confessoris, Fratres Eremitas, sub Regula S. Augustini viventes, Pragâ accersitos, introduxit. Ad quod etiam Cœnobium, Ecclesiam sub titulo S. Catherinæ Virginis et Martyris exstruxit, primò chorum Ecclesiæ magnifico ac liberali sumptu, usque ad integrum, cum Sacrario, muro coctili, excelsoque erexit, et pro fundamento annulos quos ferebat, in iactu fundationis, et primi lapidis posuit. Et post devotio fidelium Corpus Ecclesiæ, cum sacellis adiecit. Ita Miechoviensis. A. D. 1363. Ecclesia S. Catherinæ.

Anno Domini. 1383. Universam Poloniam pestilentia atrox invasit, qua multi mortales infecti, vitam cum morte commutaverunt. His sequentibus annis, nihil tale Casimiriæ gestum occurrit notatu dignum, nisi quod Ecclesiæ et Monasteria ædificabantur. A. D. 1383. Pestis.

Anno Domini. 1400. Vladislaus Jagiello Rex Poloniæ. Ad Honorem Dei Omnipotentis, et Gentis Polonæ, Studium generale in Civitate Cracoviensi, feria secunda post festum S. Jacobi Apostoli, de consensu Bonifacii Papæ IX, erexit. Cuius fundationem Hedwigis Regina dum viveret, maxima instantia procurabat, accersitisque Doctoribus et Magistris, Polonici, Bohemici, et Almanici idiomatis, ex Universitate Pragensi, assignavit eis prælaturas, atque præbendas omnes collationis Regiæ, et lapideam Akersdorff in platea S. Annæ, pro Artistarum et Theologorum professoribus: Domum verò Sandivogii de Subino, palatini Posnaniensis, in platea Castrensi, pro Canonistarum, et Medicorum collegiis, quarum utraque peccuniis Hedwigis Reginæ in huiusmodi opus derelictis, per Executores exstructa est. Confirmatoque prædicto gymnasio Cracoviensi generali, per Joannem Papam XXIII. Et post per Martinum V., in variis scientiis, vehementer crescere, et florere, ac viros doctos et industrios producere, in Regno Poloniæ, ad dilatationem, diffusionem, et gloriam eiusdem immortalem cœpit. Quod studium etsi per Casimirum Tertium Regem Poloniæ ordinatum, privilegiisque Urbani Papæ V. et ipsius Regis Casimiri præfati, munitum et dotatum, collegiumque in Casimiria erectum fuit, ut præfatum est, non tamen fuit consummatum in hunc diem. Unde in hac die Feria secunda post S. Jacobi Apostoli festum, prima lectio in Iure Canonico, per Reverendissimum D. Petrum Wysch I.V.D. ac Episcopum Cracovien, et Cancellarium Universitatis novæ, feliciter incœpta est. Ita Miechoviensis. A. D. 1400. Academia transfertur Cracoviam.

Anno Domini. 1402. Ecclesia S. Jacobi Casimiriæ, antiqua, ad quam olim pertinebat villa dicta Bawol, ratione parochiæ, titulo præpositurae insignita est, et huic pro administratione sacramentorum certæ villæ attributæ, nec non platea ipsa S. Jacobi, et suburbium dictum Podbolezie. A. D. 1402. Præpositura S. Jacobi.

INTRODUCTIO CANONICORUM REGULARIUM LATERAN. S. AUGUSTINI. AD ECCLAM SS. CORPOR. CHRI.

Enarrata iam origine Civitatis Casimiriensis, et Ecclesiarum in ea fundatarum, ad Erectionem Conventus Canonicorum Regularium, ad Ecclesiam SS. Corporis CHRISTI, quæ principalem locum tenet in hac Civitate, styllum convertimus, de quo potissimum Joannis Dlugossi irrefragabilis authoritas, quem rerum polonicarum scriptorem syncerissimum, veritatis amantissimum, et cæteris sicut antiquitate, ita et veritate præstantem, gravissimus Ecclesiasticæ Historiæ compilator Baronius, S. R. E. Cardinalis appellat. Sic autem habet Dlugossus. de Monasteriis in Diœcesi Cracov.

A. D. 1405. Anno Domini. 1405. Vladislaus secundus Jagiello, natione Lituanus, Rex poloniæ, singularem devotionem gerens ad Religionem S. Augustini Canonicorum Regularium, illam per petrum Wysch Episcopum Cracoviensem, in Crastino Annunciationis Beatæ Mariæ, sub præsentia Nicolai kurowski Archiepiscopi Gnesnensis, et præfati Petri Episcopi Cracoviensis. Joannis de Tharcyn, Castellani et Capitanei Cracoviensis. Joannis de Tarnow, palatini Lanciciensis. Clementis de Moskorzow Castellani Visliciensis. et Nicolai de sandomiria, Vicecancellarii Regii, de Ecclesia sæculari, obtinuit in regularem transferri. Et ex Monasterio Glacensi, apud oppidum kloczko (oppidum hoc est in metis silesiæ et Bohemiæ situm) fuerunt primi Fratres, ad regendum Monasterium Corporis Christi novæ Erectionis recepti. Cuius primarius præpositus, et Rector fuit, Frater Conradus Almanus, eiusdem Monasterii de kloczko professus. Et Rex quidem Vladislaus præfatus, quamdiu vivebat, locum et Monasterium prædictum, rara prosequutus est charitate, et devotione, illudque libertatibus Regiis privilegiavit. Sed et Filius suus Casimirus Tertius poloniæ Rex, dum Fratri Vladislao Hungariæ et Bohemiæ Regi in prælio (quod cum Turcis, Anno Domini. 1464. gessit) occiso, feliciter successisset, patris imitatus vestigia, singulari quoque liberalitate, et gratia prosequebatur. Cui quidem Monasterio, inter quatuor eiusdem Ordinis Monasteria, quæ Cracoviensis continet Diœcesis, primum damus locum. Et propter Urbis Cracoviensis, cui annexum est, præstantiam, et Religionis observantiam, et quod ab illo cætera Monasteria ordinis præfati, in Cracoviensi Diœcesi, (præter Mstoviense quod secundo ponemus loco) constat, et derivationem, et genus accepisse. Ita Dlugossus.

Erectio Conventus Canonicorum Reg. Casimiriæ.

Anno Dñi. 1358. Synodus celebrabatur, in qua, decreto pontificum exacti sunt è finibus poloniæ Flagellantes: qui ex Ungaria venerant, ex utroque sexu conglomerati. Hi prælatis vexillis, quascunque habebant obviam Ecclesias, visitabant, nuda ab umbilico tenus corpora, ad profusionem sanguinis cædebant flagellis; carmen quoddam inconditum, sive næniam, patria, eaque lugubri voce ingeminantes: Visa primum speciem pietatis secta prætulisse, cum deinde multis deprehensa erroribus stateret, ut quod eius sectatores, se invicem à quibusvis peccatis, absque ordine absolverent, et illecebris carnis essent dediti: Eam in commune collatis consiliis Jaroslaus Archiepiscopus gnesnensis, cũ aliis Episcopis è polonia proscripserunt. Ita in Vitis Episcoporũ Vladislaviensium.

Secta flagellantium profligata.

CONRADVS ALMANVS, I.V.D.

Primus Conuentus Canonicorum Regularium Lateranensium, & Ecclesiæ SS: Corporis Christi Præpositus.

Quis, et quantus ille vir fuerit, quàm in spiritualium et
temporalium negotiorum tractandorum peritus, satis dilucidè,
præfatus Dlugossus Historicus polonus, enarrans historiam prosequitur.
Conradus, vir singulari deuotione, et religione redolens, vitæ exem-
plaris assecutus scientiam, Cum post resignationem liberam Joannis
de Tessyn, eiusdem Ecclesiæ Corporis Christi, ultimi et immediati
plebani, Ecclesiam Corporis Christi ligneam offendisset, ea demolita, ex
lapide et latere nobilem, solatio peccuniario Regis, et plebis, adiu-
tus, fabricare cæpit. Quæ progressu dierum, per successores suos
Joannem, Gregorium, Gasparum, et Jacobum, incrementabatur, et
absoluta est. Fabricauit et pulcherrimum Monasterium ex latere,
in loco quo erat Domus quondam plebanalis, quod etiam per ipsos
successores, accipiebat amplitudinem, et incrementum. In quo et stu-
bas, et cellas, et promptuaria, et popinam, et solaria, et librarias,
et infirmarias, cæterasque Cœnobii officinas, pulchro opere videmus
excitatas. Huc usque Dlugossus.

Quod autem Historicus scribit, Conradum Ecclesiam ligneam offendisse,
sic intelligendum: A Casimiro Rege, minorem chorum Ecclesiæ, viginti
circiter cubitis de latere cocto in altum erectum, morte verò Casimiri
Regis, ædificium intermissum fuisse. super hos igitur parietes muratos,
ligneam structuram offendisse, qua demolità, scilicet ligneà, ex latere,
et lapide, nobilem chorum Conradum exstruxisse constat. Quã verò hu-
manitate et benignitate insignis fuerit, operæ pretium erit, notitiæ

Labores D. C. præpositi.

Ita Hyacynthus Liberius præpositus SS Corp. Chri.

posteritatis consulere. Et inprimis eius præclarum Religionis zelum, uel ex hoc cognoscere possis; cum id illi potissimum curæ fuerit, Fratres eximio prosequi amore, eorumque ita singularem gerere curam, ut ad necessitates eorum releuandas, ex Conuentus prouentibus, pià liberalitate, necessaria erogaret. Regi fundatori, et Episcopis Cracouiensibus charissimus: prælatis sæcularibus, et Religiosorum superioribus, amicissimus fuit. Suorum quoque fratrum adeò studiosissimus obseruator, ut absque votis et consiliis ipsorum, nihil vnquam per ageret: etiam literas à quoquam accipiendo, non aperiebat, nisi priùs fratribus in capitulo ostenderet, ac legeret.

Ex antiq. M.SS.

Recipiebat ad habitum regularem, et ad professionem Canonicam libenter admittebat Nouitios. Quamprimùm enim ille sacrum hoc Apostolicum institutum regendum suscepit, confestim ad illum viri nobiles, pii, ac docti, certatim accurrere, qui abdicato rerum propriarum vsu, inter alumnos Christi conscribi ardenter postulabant.

Confraternitatem contraxit.

Confraternitatem ob suffragia promouenda, contraxit cum aliis Monasteriis eiusdem ordinis, videlicet cum Glacensibus, Stenbergensibus, Fulneccensibus, Prostanensibus, Pragensibus, Lanckronensibus, Germenensibus, Rudnicensibus, Vradislauiensibus, nec non et cum Carthusiensibus, et Cistercensibus.

Constitutiones.

Constitutiones seu statuta Ordinis Canonici, quæ ex Monasterio Glacensi secum asportauerat, fratribus obseruanda, et scripsit, et proposuit.

Iurium, et libertatis Ecclesiæ suæ, defensor acerrimus semper extitit.

Ex M.S. Christophori Zonierski.

Thomæ Archiepiscopo Gneznensi, cum facultatibus Apostolicis omnia Monasteria in Polonia visitanti, et ieiunium feriæ secundæ, in Canonicam nostram inferre volenti, humiliter denegauit.

Ex Monasteriis Silesiæ, Morauiæ, et Bohemiæ, fratres ordinis sui, ob persecutiones Hussitarum exulantes, toties, semper collegit, et fouit.

pauper dictus Jesus, in Monasterio.

Porrò inter cætera, quæ in primordiis Monasterij huius reperiebantur notatu digna; illud minimè omittendum est. Præclara enim liberalitas (qua erga egenos ferebatur D. Præpositus) in eo effulsit; nam præter quotidianum ad portam Monasterii pauperibus elargitum cibum; ipso authore, pauper Sacerdos sæcularis, qui vocabatur Jesus, in Monasterio alebatur, cui ad mensam sedenti, Præpositus, uel vices eius tenens, primam portionem, ex tabula acceptam, porrigebat. Quæ consuetudo ad multa tempora seruabatur, et defuncto vno tali paupere, sene sacerdote, alter in eius locum subrogabatur. Ita Constit. antiquæ. Sortes ut Molendinis coemit.

Et ne plura in medium afferramus, ita gessit officium suum, vt omnibus numeris absoluti boni pastoris, specimen exhiberet. Plebis suæ curas commissæ, non minus verbo, quàm opere Magister, et ad præclaras quasuis actiones, pietatis causa suscipiendas, dux et author fuit.

Hi Jesus siue oblati, nominantur in cathalogo defunctorum Benefactorum.

Praeter personas spirituales et Religiosas, quibus voluit confraternitati et amicitiae copulari, etiam saeculares personas ad Confraternitatem admittebat. Unde cum aliquis ex saecularibus vellet contrahere Fraternitatem cum Conventu, ut particeps omnium precum, disciplinarum, vigiliarum, religiosorum fieret, publicè in capitulo admitti petebat, qui cum orationibus devotis, à superiore recipiebatur, sicut in Constitutionibus antiquis huius Conventus hac de re latius patet. — *Confraternitas cum saecularibus.*

Hac famâ cum vigeret Conradus Praepositus, facilè omnium in se animos convertit, et in primis Joannis de Tesyn, ultimi et immediati parochi Ecclesiae SS. Corporis Christi, qui perspecta in tractandis praeclarè quibusque negotiis dexteritate Conradi Praepositi, Villam Szwostowice dictam, Ecclesiae nostrae donavit. Ipseque Rndssmus Petrus Wysch Episcopus Cracoviensis, dulci Fratrum Canonicorum conversatione, et piâ regularis disciplinae observantiâ allectus, lapideam suam propriam, in qua ipse Episcopus habitare consueverat, à tergo Conventus Monasterio contiguam, cum area, et horto, in perpetuum, Monasterio nostro adscripsit. — *Villa Swostowice.* — *M. SS. Christophori Lomowski.*

Ut autem Ecclesiae suae de proventibus quibus Ministri eius sustentarentur provideret Conradus Praepositus, Villam dictam Kamień, a Nobili Gervasio, cum suis Consortibus coemit. Cui etiam scilicet Anno Domini 1409, Villa dicta Liplas, pro Missa quotidiana (quam Dytrics appellant,) per fundationem, a Nobili Petro Szafraniec, adiecta. Quae missa, quolibet die, ad altare Ciborii, in quo SS. Sacramentum asservatur, celebratur, sub quo Altari, Corpora horum Fundatorum requiescunt. — *A. D. 1409. Dytrics.*

Eadem tempestate, scilicet Anno Domini 1410. Capella Beatissimae Virginis Mariae, in Ecclesia nostra consecrata, quae primò erat exstructa, antequam Ecclesia ipsa, in titul. Assumptionis B.V.M. et Trium Regum, et indulgentiis à summis pontificibus locupletata. Ad quam, imago Deiparentis in tabula depicta, tunc illata, hucusque permanet, et miraculis claret. Sed cum universus propè incolarum confluxerit populus ad hanc Capellam, postposito titulo Confraternitatis SS. Corporis Christi, Confraternitas Conceptionis B.V.M. coepit vocari. — *A. D. 1410. Capella B.V. Mariae. Ex MSS. Christophori Lozienski.*

Sub id tempus, in Monasterio Eremitarum, sub Regula S. Augustini viventium, Casimiriae ad Ecclesiam S. Catherinae Virginis et Martyris, Beatus Isaias Borer, Cracoviensis, S. TH. D. Verbi Dei interpres profundissimus, cum multos annos in dicto Coenobio, cum aedificatione utriusque Urbis, tam Cracoviensis quam Casimirien. (quorum plurimis erat à Sacris Confessionibus vivens) exegisset. — Circa Annum Domini 1415. aeternam illam et immarcescibilem laureolam, cum sanctis Doctoribus percepturus in caelis, migravit ad Dominum, vitâ functus, miraculis fulget, opemque iis, qui suum implorant patrocinium conferre non cessat. Ita Samuel Nakiel(ski), ordinis Custodum SS. Sepulchri Dominici, in Chronic. Miechovien. — *A. D. 1415. Obitus B. Isaiae Borer Erem. S. Aug.*

Huius Beati Isaiae Curâ, (tradibus,) depictam Imaginem Deiparae V. Mariae in por — *Imago B.V.M. in Eccl[esi]a S. Catherinae.*

licu Eccla S. Catherinæ, quam ad hanc diem cernimus, et quæ eundem locum plurimum illustrauit, ex cuius veneratione cultus, in D. Reginam cælorum, concursus populi augetur, et beneficia reportantur.

A.D. 1421. Obitus Conradi præpositi.

Anno Domini 1421. Conradus præpositus, in officio præpositurae sexdecem annis expletis, cum omnia à se optimè constituta, et ordinata, sanctè et laudabiliter transegisset, tandem bonis operibus plenus, senio et laboribus confectus, cum ante mortem sacramentis Ecclesiasticis, contra supremum certamen se religiosè muniuisset, vitam mortalem, cum immortali commutauit. sepultus honorificè, ante maius altare Ecclesiæ. Sub huius præpositi regimine, hi fratres obiisse noscuntur.

Obitus Fratrum.

1. D. Nicolaus. presbyter. D. Augustinus. A.D. 1407.
2. Fr. Nicolaus. Conuersus. Fatorum acerbitate abreptus.
3. D. Hermolaus. Presbyter. clausit in æterna lumina noctem.
4. D. Venceslaus. Presbyter. Vita mortali perfunctus est.
5. D. Martinus Dauidis. Presbyter. Ab humanis sublatus.
6. Fr. Petrus piscator Conuersus.
7. D. Laurentius prædicator polonorum. presbyter.
8. D. Nicolaus procurator Monasterii. presbyter.
9. Fr. Mathias Conuersus.

Patroni Conuentus. Ex M. SS. Christopheri Domewski.

Notandum mihi hic occurrit: solebant antiqui, in prima locatione alicuius loci, eligere certos sanctos patronos, quorum patrociniis adiuuarentur. Horum exemplum secuti sunt patres nostri, nam in prima fundatione Conuentus huius, elegerunt pro patronis, S. Valentinum presb. Martyrem, cuius festum 14 Februarij, ab Ecclesia celebratur, eiusque officium sub duplici ritu celebrare inceptum. Tum etiam S. Martham Virginem hospitam saluatoris nostri. Et SS. Ursulam cū sodalibus, Martyribus, quorum etiam festum sub duplici ritu celebrare consueuit.

Terræ motus in polonia.

Anno Dñi. 1200. Quinta die Mensis Maii. Terræ motus in polonorum regione, vicinisque regnis, et terris, sub meridianum tempus exortus, et frequenti spatio dierum repetitus, plures turres, domos, et munitiones attriuit. Quæ res in polonia rara, prodigiosa, et apud plerosque in religionem versa uidebatur, nam multi infideles ex timore, ad fidem catholicam conuersi sunt. Successit huic malo, fames, et pestis hominum, et pecudum. Ita Joan. Herburtus.

Sal in Bosnia.

Anno Dñi. 1124. Cracouia tota conflagrata. It. Anno Dñi. 1240. A scythis igni succensa. Anno Dñi. sal in Ciuitate Bosnensi inuentus 1230. Ita Joan. Herburtus.

Tartari in polonia.

Anno Dñi. 1241. Regnante in polonia Boleslao pudico, Tartari, celeri et inopinato aduentu, poloniam inuaserunt. Cracouiam igni succenderunt, viginti millia et vnum, viginti, ex polonia in captiuitatem duxerunt, præter alios promiscui sexus, barbara feritate interemptos.

Fames grauissima.

Anno Dñi. 1315. Toto integro anno, fames poloniam afflixit, et deinde duobus annis, adèo grauiter, ut in defectu frumentorum, canes et feles comedere coacti poloni, insuper et cadauera: Ciuis Ciuem vitabat, ne illum occidat, et cū familia domus comedat. Cromer. lib. 9. It. Anno Dñi. 1310. pestis, et terræ motus.

Eccla cathed. arsit.

Anno Dñi. 1209. Tempore Vincentii Kadlubkonis Epi Crac. aerarium Eccla Crac. fulmine percussa est, et supellex Eccla combusta

IOANNES, AVSTRIACVS S. TH: D:

Secundus Conventus Canonicorum Regularium Lateranensium, et Ecclesiae SS: Corporis Christi Praepositus.

Vitâ functo Conrado Almano, Praeposito, non erat necessaria diuturna deliberatio, quae mentes, et studia fratrum Canonicorum, quem electuri essent distraheret, nam Joannis Austriaci S. Th. Doctoris, Academiae quondam Pragensis, (qui cum Conrado de Canonicâ Glacensi Casimiriam venerat, et officio Prioratus fungebatur) eximiae virtutes, facilè omnium desideria, ad renuntiandum eum Praepositum, ad se traxerunt. Qui susceptâ Praepositura, inprimis ad exemplum Conradi praedecessoris sui, in omni pastorali functione obeunda, se se accomodare studuit, illius praeclaras virtutes, piâ aemulatione, ad se derivare contendens. Hic, Regulae, et observantiae religiosae fuit studiosissimus observator. Psalmodiam Ecclesiasticam sedulò procuravit. Confraternitatem contraxit cum Monasteriis, Tremesnensi, Mstoviensi, Calissiensi, Canonicorum Regularium. Item cum Eremitis S. Augustini, Casimiriae. Confirmationem Fundationis Monasterii sui, à Martino V. Pontifice Max. obtinuit. — Labor D. Praepositi

Aedificium Ecclesiae suae per Conradum inceptum continuabat. — A.D. 142[5]

Anno Domini 1425. pestem ita atrocem in Polonia, memorant antiqui scriptores, ut Rex cum Regina in sylvis degere cogerentur. Cuius calamitatis non nescius summus — Pest

Pestis. Clauus quo Chrus erat affixus.	Pontifex Martinus V. per Legatum suum à latere, Latinum Vrsinum Cardinalem Episcopum Ostiensem, obtulit Regi Jageloni, Dominicæ passionis instrumentum, clauum, quo Dominus IESVS Cruci affixus fuit. Cui clerus cum populo, processionaliter processit. In Basilica Cracouiensi asseruatur.
Ex MM. Scriptis.	Hic Præpositus petiit à Petro Clareta, Canonico Regulari, de domo Rudnicensi, quatenus aliquid scriberet, ad informandam suam Canonicam in obseruantia regulari. et scripsit libellum, super statuta Canonicorum Regularium collectionem, misitque Cracouiam, qui libellus ad hæc vsque tempora in capitulo quotidiano legitur.
A.D. 1428. Obitus præpositi. Obitus Fratrum.	Cætera quæ Joannes Austriacus præpositus, fecit, antiqui fratres non scripsêre, de Antiquorum enim Canonicorum moribus et vita, qui in nouella illa plantatione Monasterii manebant, difficile est quicquam certi scire, cætus enim ille et pusillus grex, vitam omnem, in Deo precando, ac propitiando, consumebat, ideò minus illi curæ erat, aliquid de se scribere. Anno Domini 1428. die 12 Julii. Joannes Austriacus præpositus, laboribus, et senio fractus, ultimam obiit diem, cum præesset annis septem, ante Maius altare, penes Conradum sepultus. Horum præpositorum sepulchris, appositi fuerê lapides grandes, suis titulis exsculpti, cum effigie præpositorum in ipsis lapidibus expressa; quos, cum aliis, Martinus Kłoczynski, eiusdem Ecclesiæ præpositus, dum Anno Dñi, 1636, faciem templi marmoreo sterneret pauimento, sustulit. Sub huius præpositi regimine, ultimam clausisse diem, hi Fratres memorantur. 1. Simon prior, et presbyter, primus huius domus professus, in scribendis libris in pargameno, ad cantum choralem seruientibus, indefatigabilis, sepultus ante maius altare. Anno Domini 1422. die 27. Nouemb. 2. Fr Augustinus Szchwab. Conuersus. Cracouien. 3. Venceslaus. presbyter. Ad æternæ quietis portum transiit. Viguit hactenus in vniuerso poloniæ Regno, ab initio susceptæ Religionis consuetudo, iuxta morem primitiuæ Ecclesiæ, vt Jeiunium quadragesimale, à Dominica septuagesimæ inchoaretur, ad diem paschæ continuandum, quæ sæpè numero à pluribus prætermissa, magnam dissensionum et scandalorum occasionem, inter clericos et Laicos ministrabat, dum Ecclesiarum parochialium Rectores, huiusce moris transgressores, aut publica, aut graui pœnitentia, quin etiam ingressus Ecclesiæ negatione punirent. Laici in contrarium consue

tudine se, et observantia Romanæ Ecclesiæ reliquarum magistra tuerentur, quæ quadragesimalis ieiunii prorogationem antiquavit, et aboleverit, in omnibus terris, regnis, et provinciis quibusuis, proinde se quoque nisi ad normam aliorum omnium Catholicorum Romanæ Sedi obtemperantium, ieiunare non teneri asseveravent. Agitata diebus aliquot de abrogatione consuetudinis quæstio in synodo Vratislaviensi, tandem Anno Dñi. 1248. Jacobus Apostolicus Nuntius, postea summus Pontifex Urbanus IV. nominatus, de consilio et assensu pontificum, ut omnem in hac controversia in posterum dissensionis aut scandalorum occasionem extingueret, et ne deinceps fluctuantibus animis anxii oborirentur scrupuli, remedio salutari provideret, esum carnium, authoritate Apostolica, tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus, ad diem Cinerum exclusivè, contra veterem consuetudinem polonorum, et primæva institutione non obstantibus, indulsit. atque ex eo tempore, Dominicam Septuagesimæ, polonis appellari, rebus Bacchanal, sive ut ipsi voce novata, ad analogiam polonici vocabuli, Carnisprivium dicunt, mos obtinuit. Joan. Herbut. | Jeiunium Quadragesimale abbreviatum.

Anno Domini. 1191. Petrus tit. S. Mariæ in Via lata, Diaconus Cardinalis, Capuanus, Legatus de latere à summo Pontifice Cælestino Tertio, ad reformandam in polonia Ecclesiam missus, qui Cracoviensem primum Civitatem ingressus, à Fulcone Cracoviensi Episcopo, et omnium Ecclesiarum processionibus solemniter exceptus, habuit ibidem primam cleri congregationem, deinde ad Gnesnensem, Vratislaviensem, plocensem, et alias diœceses se conferens, maximè in eliminandis sacerdotum abusibus, et scandalis operam posuit, quorum mores, ea tempestate, in tantam processerant licentiam, ut non minùs quàm sæcularibus, nubendi sibi putarent licere, passimque concubinas nomine uxorum foverent, quam perniciosam audaciam, debita severitate compescuit. Laici verò quacunque pollerent excellentia, et dignitate, ut matrimonia publicè in Ecclesia contraherent, instituit. Posteaquam in polonia, Cardinalis prædicta muneris sui partes impleuisset, in Bohemiam, parem in ea locaturus operam contendit: sed irrito penitus conatu. namque dum legationis officio fungeretur, et constitutionem qua ad votum castitatis presbyteri adstringerentur, iuberet promulgari, tantus tumultus a Bohemicis sacerdotibus Pragæ excitatus est, ut violentas eorum manus, in vitam sibi eripiendam præcipites, non evasurus videretur, nisi sacrilegos eorum impetus, Henricus Episcopus pragensis, qui tunc Ducalem in Bohemia obtinebat potestatem, repressisset. Ex vitis Episc. Vladislau. | Sacerdotes in Polonia Contrahebant matrimonia.

Historici qui de rebus polonorum scripserunt, narrant polonos, in principio Regni res gestas non scripsisse, eò quod nullam notitiam literarum habuerunt, gens enim inter medios bellorum enutrita strepitus, otium non habuit ad intendendum studiis: vel quod principes, non multò ante quæsitarum, ab iisque hostium incursibus arcendis soliciti, nihil pensi ducerent, inducere in animum ea, quæ à doctis viris ad erudiendum proferentur. Herbut. | Poloni, in principio Regni, ignorabant literas.

Anno Dñi. 1241. Conradus Dux Masoviæ, suspicione concepta, contra Joannem Czapla, Juris Canonici peritum, Cancellarium Ducatus sui, scholasticum Vladislaviensem, et plocensem, ordine presbyterum, filiorum suorum Boleslai et Casimiri pedagogum, quasi ipsius suasu, Casimirus, filius eius, mandata patris contemneret, eum ad se accersitum, nihil examinata veritate, crudeli supplicio damnavit immeritum, nam primò squalido carcere, diebus aliquot detentum, atque equuleo torturam, in publicum patibulum egit. Auxit nefarii sceleris crudelitatem, coniux improba, | Canonicus Vladislaviensis suspendio necatus.

Agatia, quae cum extinctum, et à suspendio sublatum, Fratres prædicatores in Ciuitatem ferent sepeliendum, in rabiem acta, illis ablatum, non secus quàm altera Jezabel, sanguinem sacerdotalem sitiens, plaustro impositum, et duobus bobus vectum, in altero rursus patibulo, studiosè ad id circa Ecclam S. Dominici fabricato, supra Insulam, è regione Eccla plocensis maioris, suspendi iussit. Quem Fr. Martinus prior plocensis ordinis prædicatorum, missis Fratribus, de patibulo secundo depositum, in Eccla maiori ordinauit sepeliri. Horenda cædes Vbi passim percrebuit, petrus gnesnensis Archiepiscopus, per Vniuersam plocensem Diœcesim sacris interdixit. Conradus pœnitentia ductus, missis nuntiis, supplex Conuentu fieri postulauit. Qui cū Lanciad sabitus esset, venit illuc cū Episcopo plocensi, ac signa pœnitentiæ non obscura edidit. dein de sancibem, Vt in piaculū commissi facinoris, villam Lowicz, cū sylvis et nemoribus ipsam ambientibus, Archiepiscopo et Ecclæ gnesnensi perpetuò possidendam adscriberet. Ecclesiis verò vladislauien et plocen libertates et iura conserveret; postquam verò latā sententiā submisit se panitorum, à Gregorio Nono summo pontifice, per Thomam vladeslauensem Episcopum, absolutionis beneficium accepit. Ex Archiuo Ecclæ Vladislauien.

Consules Crac. capite plectuntur Circa Annum 1461. Tecinius nobili genere natus, a Ciuibus Cracouien, in Eccla S. Francisci Crudeliter occisus. ob quod crimen ex decreto Regis sex Consules Cracouien capite plexi. alii 6200 flor. pœna mulctati.

Sacerdotes decollantur Sub id tempus, Duo sacerdotes sæculares, Turski et gnoinski, furto insimulati, innocenter à Consulibus Cracouien damnati, decollati sunt. ad Episc. Crac. citati, solum trecentis florenis, pœnas redemerunt. Cromerus. Nequ rex Casimirus Tertius, necis eorum imperatus, suspicione caruit.

Circa hæc tempora, quidam nomine Mathias, Medicus Regius, donauit Conuentui nostro, certa prata, post Ciuitatem Cracouiensem, ut ex illis quolibet anno colligerent fœnum. Pro ipsius verò anima, quotannis, in festo S. pantaleonis Martyris, quod incidit in diem 27 Julii, fratres tenentur in choro, recitare Vnum nocturnum ex officio Defunctorum, cū Laud. addita collecta, Deus veniæ largitor. deinde Cantare Antiph. Media vita.

Prata dicta Matseyki. cum Versu, peccauimus Dñe. et oratione, Deus qui culpa offenderis. Hac autem die D. prœpositus, fratribus ad mensam addet pluva ferrcula cū pipere et croco, et pernam cum allio et Vinum bonum; sic autem in fundatione expressum est: Dabit vinum bonum, cuius olla per gr. 12. emebur, nam tum temporis, quarta pars ollæ Vini boni, Vendebatur gr. 3. Hæc autem prata huc usque Vocantur Matseyki. inter villas plaszow, et Zabtocie.

Anno Dñi. 1439. Magna pars Cracouiæ, gemino incendio conflagrauit.

Cracouiæ ob adulterinā pecuniam tumultus. Item. Nicolaus Serapsinus, præfectus Salis, et nonnulli alii, de senatu Vrbis, ob importatam adulterinam monetam, populari inuidia pene deflagrarunt. Quod ni conspirationem hominum subodorati in Arcem properè fugissent, cæsi essent, tumultu et concursu populi. Gliscentem seditionem Sbigneus Episcopus repressit, coniectis reis senatoribus Vrbis in Carcerem, et post aliquot septimanas, desinente ira hominū, dimisit. Ita Cromerus.

Cracouia arsit. Anno Domini. 1462. Cracouia, horrendo incendio, in cœnobio Dominicanorum, è fornace Alchimistica (quemadmodum vulgo iactatum est) orto arsit, ita, vt dimidia ferè pars Vrbis, ad meridiem et occidentem solem vergens, absumeretur. Cromerus.

Eccla cathed. arsit. Anno Dñi. 1237. post mortem Iuonis Episcopi Crac. Basilica Cracou. fortuito incendio in turri, quæ ex testamento Iuonis plumbo tegebatur, excitato conflagrauit. quam Vislaus postea instaurauit. Ita Cromerus.

GREGORIVS Tertius Conuentus Canonicorum Regularium Lateranensium, et Ecclesiæ SS: Corporis Christi Præpositus.

Hactenus tantum, Vsa est Ecclesia, et Monasterium nostrum, Præpositorum ex Germania accitorum Magisterio. non dum enim annorum decursu, in eam excreuerat Magnitudinem, Vt se per se tueri, ac domi natis Viris, suam salutem concredere posset. Neq; etiam nos nunc pœnitet, tales præfuisse Monasterio nostro, qui Vitæ sanctitate, et eruditione, summa cum laude præluxerunt futuris successoribus. Creuerant iam sub paterna Cura Germanorum, et non paruo numero aucti erant Fratres Canonici, et cum sese mutuò circumspicerent, facilè animaduertebant, non deesse sacerdotes iudicio maturos, Vitæ probitate notos, eruditione præstantes, qui munus præpositi, vitè, et ex dignitate gerere possent. Quare Vitâ functo Joanne Austriaco, concordibus omnium Fratrum sententiis, in defuncti locum, Gregorius, Vir singularis Virtutis, et doctrinæ, liberâ electione subrogatur. Hic Præpositus Infirmarium ex fundamentis erexit, in illoq; altare consecrari, Vt missam commodè audire possent infirmi, curauit. Huius Infirmarii modò pars media, in Bibliothecam conuersa. Infirmarium.

Indulgentias pro festo SS. Corporis Christi, auctas, à Martino V. Summo Pontifice, ad Ecclesiam suam impetrauit.

Imaginem Beatissimæ Virginis Mariæ, à S. Luca (ut fertur) in tabula depictam, ad Vnum cubitum altam, quæ hucusq; in sacrario

Imago B.V.M. à S. Luca depicta.

Ecclesiae nostrae servatur, à Praeposito Rudnicensi Canonicorum Regularium, tunc hinc ob persecutiones Hussitarū exulante, et in Monasterio Vladislaviensi, cum fratribus manente, acquisivit; quamq[ue] gemmis, laminis argenteis deauratis, et lapidibus pretiosis, ornauit. Ad quam imaginem, Pater Joannes Gelasius Exorcista, professus Domus nostrae, fassus

Ex MSC. Christoph. Loniensis

(Catherina nomine)

est, ab una obsessa, centū millia, daemonum se fugasse, Anno Domini 1634. quod expulsio ad memoriam sempiternam, exarata est in tabella argentea, et in capella ad imaginem Beatissimae V. Mariae appensa. Quare ob huius imaginis reverentiam, statutum est capitulariter, ut tantum in solennibus festis, à solo Praeposito portaretur.

Molendina.

Idem Gregorius Praepositus, sortes in Molendino dicto Kamienny, post portam Sutorum, in suburbio Cracoviensi, prope Ecclesiam et Monasteriū Carmelitarum in Arenis,

A.D. 1432. coemit. Anno Dñi. 1432. Hoc Molendinum, à Suecis funditus dirutum.

Item, Confraternitatem, cum Monasteriis, Cisterciensium in Mogila, Cassinen, Viennen, clari montis, et Clodavien, iniuit.

Iterumq[ue] in Anno Domini. 1435. Indulgentias pro festo SS. Corporis Christi,

A.D. 1435. ab Eugenio IV. Summo Pontifice auctas Romae, impetravit.

His temporibus Casimiria erat referta, Germanis, et Almanis.

A.D. 1438. Anno Domini. 1438. In territorio Cracovien, talis Caristia frumentorum, à Miechovio Historico fuisse perhibetur, ut cum duodecem grossis aliis annis vendi consueverat Corcus siliginis, hoc anno, uno floreno vendebatur. et haec Caristia contigit, ob pluvias tempore Veris et aestatis continuas.

A.D. 1439. Sequenti Anno, scilicet 1439. Gregorius Praepositus, undecimo sui officii anno, laboribus confectus, ultimam diem clausit. Cuius corpus vita cassum, SS. Corporis Christi tenet Ecclesia, in qua, ante altare maius honorificam accepit sepulturam. Hoc Praeposito regente, Fratres hi obiisse noscuntur.

Obitus Praepositi.

Obitus Fratrum.

1. Nicolaus Lubszyc presb. Anno Dñi. 1429.
2. Joannes Vilreatoris presb. Anno Dñi. 1431.
3. Paulus Tylis presb. praedicator Almanorum. Anno Dñi. 1439.
4. Andreas Muratoris. presbyter.
5. Joannes Petri Nizer. Diaconus. Casimirien.

Pestis. Anno Dñi. 1433. pestis per universam Poloniam, virosa contagione grassabatur.

Anno Virginei partus. 1300. Venceslaus Rex Poloniæ et Bohemiæ, primus Monetam argenteam, grossos scilicet Bohemicos, in Poloniam intulit, qui ad hue in usu Cracoviæ, passim habentur, ad Annum 1670. et vocabatur Cesky gross. primò verò frustulis quibusdam argenti, pellibusque aspreolorum, et cæterorum rerum transmutatione, necessaria comparabant. Eoque regnante Cracovia muro Cincta. Ita Guagnin9. — Moneta argentea in Polonia. — Cracovia muro cincta.

Anno Domini. 965. Monasterium Tremesnense Abbatiale, fundatum à Mieclao primo, Poloniæ nominis christiani principe baptisato. Canon. Regul. — Monasterium Tremesnense

Anno Domini. 925. Fundatum Monasterium Canonicorum Regularium. S. Mariæ in Czerwiensko, Abbatiale. — Monasteriū In Czerwiensko.

Anno Domini. 1222. Monasterium Mstowiense Canonicorum Regularium, diœcesis olim Cracovień, nunc autem Gneznensis, fundatum à B. Ivone Episcopo Cracou. regulariter professo Parisiis, ad Canonicam de S. Victore. — Monasterium Mstowiense.

Anno Domini. 1358. Monasterium Calissiense, Canonicorū Regularium, translatum de Villa Manka, per Casimirum secundum Regem Poloniæ, ad ædes S. Nicolai, Calissy. — Monasteriū Calissiense.

Anno Dñi. 1305. Gediminus princeps, et Dux Lituaniæ, versus orientem Causa venationis exercendæ profectus, in quatuor milliaribus, ubi Vilna Viliæ fluvio comiscetur, ibidem in monte Krzywogora, tunc temporis dicto, qui modò Turlogoria, vel Lysa, id ē calua, vocatur, vespera imminente, in eodem monte pernoctavit: dormiensque per somnium vidit, Lupum ferreum rugientem, in cuius ventre alii Centum lupi rugiebant. Expergefactus, somnium aulicis, et stipatoribus exponit, quod variis varie exponentibus, Lezdeiko sacerdos suus gentilis, qui etiam auguria, et futura præsagire solebat, huius somnii arcana exposuit: Lupum ferreum rugientem, urbem fortem, insignem, et celebrem significare: lupos verò in eo rugientes, multitudinem populorum portendere. Qua de causa Gedimino principi suasit, civitatem, et Arcem ibidem erigendam; et ideo Lezdeiko sacerdos, plurimis beneficiis ob singularem virtutū excellentiam, auctus Radivil, quasi Consiliarius Vilnæ ædificandæ vocatus est: De Cuius familia præstantissimi heroes semper fluunt, qui belli pacisque munia, maxima animi, ingeniique vi, præclarè in reipublicæ christianæ emolumentum obeunt. Itaque Gediminus, persuasione Lezdeikonis, ductus, illicò arces duas, unam in monte excelso, alteram in planitie inferiorem erigere, munireque fecit, Civitatem etiam populosam ædificare iuxta mandavit, quam Vilnam, a Vilna fluvio præterlabente appellavit, et sedem suam de Troki, in eam transtulit. Ita Alex. Guagninus in chron. sua. — Vilna Civitas Lituaniæ, fundata ex qua occasione? — Radivilianorum familiæ et stirpis orig.

Anno Dñi. 1396. Vitoldus princeps Lituaniæ, expeditionem in Tartaros adornavit, ac tribum unam, quam illi Hordam vocant, cū liberis abegit, exercitu eorum profligato, partemque captivorum, Regi, et proceribus Polonis, dono misit, reliquos in medio Lituaniæ, supra Vaccam amnem, duobus milliaribus à Vilna, agris attributis, collocavit, qui illic manent, usque ad hodiernum diem, boni, ac diligentes — Tartari in Lituania, a Vilna duobus milliaribus collocati.

patres familiar, et Viribus prisca, armorumq non immemores, ritus patrios Machome ticae superstitionis servant, et liberi, legibus suis viventes, et ex aequo cum Lituanis, Regis Poloniae, Magni Ducis Lituaniae, imperium cognoscunt, vexillumq proprium Arabicis literis inscriptum, quo in bello utuntur, habent.

Lituani nolunt recipere Episcopum Polonum.

Anno Dni. 1598. Cum Rex Sigismundus Tertius, Episcopatum Vilnensem, Bernardo Macieiowski, gente Polono contulisset, Lituani hoc inviti facere contendebant, alteri, quam personae gente Lituanae, talem dignitatem deferri non posse asserentes. Et cum iam Macieiowski, Romae consensum Apostolicum, ad suscipiendum eundem Episcopatum obtinuisset, in Lituaniam ingredi volenti, arma opponere constituerant, nisi ille praemonitus, a persequenda eius possessione supersedisset. Unde post quinquennales altercationes, datus fuit ille Episcopatus Benedicto Woyna, gente Lituano, ac in istis Comitiis negotium fuit sopitum, promittente Rege, quod nonnisi Lituanis, nativis in Lituania, similes dignitates essent conferendae.

Suffrag. in Electione Regis.

Anno Dni. 1632. Cracov. Civitas habet vocem in electione Regis. Ita Piasecius. It. Dantiscae Civitatis Legatis fuit concessum, ut aeque ac Civitatis Cracoviae, Vilnae, Legati, ius suffragii, in electione Regis haberent. Piasecius in Electione Vladislai IV. anno ut sup.

Terrae motus.

Anno Dni. 1618. 25. Augusti. In Italia, in provincia Transpadana, in eius vestibulo Rhetia, imminens Piouve vico mons, inopinato motu convulsus sub vesperam, totum illum vicum repente obruit, ut ne fastigium ullum aedificiorum appareret, et omnes eius habitatores, circiter mille quingenti, tota ruina operti interierint, praeter Franciscum quendam, qui extra oppidum, allatum pro coena vinum, ad cellam vinariam iverat, et alium puerum in hortis, itidem extra oppidum, colligendis pomis intentum, ac fratrem huius[?] qui peregre abierat. Pridie illius diei, cum insolitus faetor, vicum eundem pervasisset, aliquis vilior ex plebe, praecipuos ex magistratu monuerat, quod exitium illis immineret, nisi mox inde exirent, sed ludibrio habitus, ipse solus secessit, et periculum effugit. Convocati autem postea magno numero fossores, ut locum expurgarent, vel saltem cadavera, seu opes obrutorum eruerent, faetore tetro alii infecti, alii etiam extincti, et reliqui territi spectro, quod locum nunquam instaurandum fore monebat, desistere debuerunt.

It. Terrae motus.

Anno Dni 1627. Similiter terrae motus in Italia, Apuliam Regni Neopolitani provinciam concussit. die 30. mensis Iulii, hora 12 meridiana incepit, et licet quinque horis duraverit, primus tamen eius impetus, tantus fuit, ut bonam statim Apuliae partem, in eaque peculiariter urbem, cui a S. Severo nomen est devastarit, magnamque aedium, palatiorum, ac turrium numerum, ita ut ne quidem ipsarum vestigium, appareat. Atque in hac ruina, Coenobia Monachorum, Monialium claustra, eversa, et deleta. Omnesque fere incolae, qui tunc temporis, in urbe erant, extincti sunt. Primo hoc terrae motus insultu, nemini indicias, aut fugiendi tempus largiente. Ita Piasecius.

GASPAR

Quartus Conuentus Canonicorum Regularium Lateranensium, et Ecclesiæ SS: Corporis Christi Præpositus.

Gregorio Præposito, funebralibus persolutis, Fratres Canonici, Comitiis capitularibus promulgatis, ad nouum Præpositum eligendum processerunt: secreto itaq[ue] scrutinio, quæ Vnius cuiusq[ue] esset sententia, quemue, quilibet ex eis digniorem Præposituræ censeret, inquirentes, animaduersum est, Gasparum presbyterum, Præpositum ab omnibus deposci. Itaq[ue] electus, et Loci ordinario præsentatus, et Confirmatus, Vt primum muneris, et officii Antecessoris sui in Ecclesia, et Monasterio successor exstitit, sedulam cœpit nauare operam, Vt incœpta per alios Præpositos fabrica Ecclesiæ, continuaretur. Quare primo anno, statim post susceptam Præposituram, cœpit congregare lapides, pro Corpore Ecclesiæ continuando, et Sacristia erigenda: Sumptum habuit ex Eleemosynis Episcoporum Cracouien, Ciuium quoq[ue] Cracouien, et Casimiriensium, et ex testamentis, reliqua priuatorum benignitas addidit, quorum beati spiritus, pro tam sanctis, ac piis operibus, feliciter iam, ac sempiterno ævo fruuntur. Circa hoc tempus Aureus Vngaricalis, una vendebatur Marca; Vnde murarotibus, pro una die, duo soluebantur grossi; a tribus testudinibus nouæ Sacristiæ conuentionem fecit pro 46 marcis. Centum lapides quadrati, octo marcis emebantur; et Cementi cistæ sexaginta, undecem Marcis. Vt regestris antiquis notatum. Labores D. Præp.

Idem Præpositus, Censum terragium neglectum, ad Ecclesiam suam à prima locatione eiusdem, spectantem, in platea Sutorum, inter portam regalem, et Ciuitatem Casimiriensem, citatis possessoribus soluere coegit. Census Terragii.

Statutorū confirmatio.

Statutorum suorum etiam, Conventus sui, confirmationem in Concilio Basiliensi obtinuit.

A. D. 1443.
Terrae motus Casimiriae.

Anno Domini. 1443. Contigit Casimiriae, terrae motus, ex cuius vehementia, fornices templi superiores S. Catharinae corruerunt, sicque Ecclesia irreparata, ob paupertatem illorum Religiosorum, usque ad Annum 1505. permansit.

Teste Miechovio.
De Ecclesia S. Laurentii vide infr. Ita in Cathalogo defunct. Benefactorū Monasterij nri.
1. Obiit D. Joannes de Libertow, Nobilis, qui pro incorporatione capellae S. Laurentii ad Ecclesiam nram, resignavit nobis Jus patronatus, et collationem.
2. Obiit Nicolaus de Pilzno, commensalis nr, quondam plebanus S. Laurentii capellae, cuius cooperatione, et resignatione, ipsa capella incorporata est Eccle nrae, cū oībus proventibus suis. Anno Dñi. 1448.

A. D. 1447.
Ecclesia S. Leonardi.

Anno Domini. 1447. Ecclesia S. Leonardi, cum Hospitali, post muros Casimirienses à montibus, fundata, et erecta, per Consules Casimirienses, ad instantiam Sbignei Cardinalis et Episcopi Cracoviensis. Haec Ecclesia praepositi titulo insignita, Cuius Jus patronatus, et collatio, ad Consules Casimirienses pertinet. Ita Nakielscius in Chron. Miechov.

A. D. 1448.
Ecclesia S. Laurentii.

Anno sequenti, scilicet 1448. Cura et studio praepositi Eccle SS. Corporis Christi, Ecclesia S. Laurentii, quae hac usque sub regimine Saecularis Sacerdotis erat, (et haec quondam Anno Dñi. 1124, a Nobili polono Petro Dunin aedificata) Ecclesiae nostrae, suffragiis Reginae, in perpetuum adiecta, et incorporata, cum decimis ad eam pertinentibus. Ita mihi narravit Hyacinthus Liberius, praeptus Eccle SS. Corp. Xri. 1.

A. D. 1451.
Conventus FF. Minorū Stradomien.

Anno Domini. 1451. Fundati sunt Stradomiae Fratres Minores de observantia, S. Francisci. de quo Miechoviensis Historicus polonus, in haec verba scribit. Sbigneus Cardinalis, Episcopus Cracoviensis, Monasterium pro Conventu Fratrum Minorum de observantia, in Stradomia, in area germani sui de Olesnica, palatini Sandomiriensis, erexit. Constructaque Ecclesia lignea, illam in die Nativitatis Beatae Mariae Virginis, in honorem S. Bernardini, (omnibus processionibus totius Urbis ipsum Cardinalem, et Fratres ducentibus) consecravit. Et post biennium, sumptibus eiusdem Cardinalis, coctili muro Ecclesia aedificata est, et adornata. Habitationes Monasterij, Fratres ex eleemosynis contribuentium, et propriis laboribus, construxerunt, et in hanc diem construunt, ornant, et amplificant.

Conventus Curozwecen. fundatur.

Eodem Anno q supra. Petrus de Kurozweki, De domo Rosarum, Thesaurarius Regni poloniae, in oppido suo haereditario Kurozweki, Ecclesiam sub Cura Unius tantum parochi saecularis constitutam, volens pluribs sacerdotibus doctrinā, et regulari observantiā eximiis, exornare, qui assidue Domino Deo viventi; in laudibus et hymnis psallerent, Hostiamque Corporis et sanguinis Jesu Christi;

deuotè immolarent, Canonicis Conuentus nostri Casimiriensis regendam commisit, ad quam cum licentia Loci ordinarii eosdem solenniter introduxit. Et latiùs in fundatione ipsius patet.

Idem etiam Annus, Magno Jubileo insignis, qui Cracouiæ, Gnesnæ, Leopoli, per spatium vnius anni, magna cum deuotione, et frequentia populi, celebrabatur. Jubileum

Anno Domini. 1454. Joannes Dlugossus, celeberrimus historiarum poloniæ scriptor, habens notam, perspectamq; regularem obseruantiam Canonicorum Regularium Conuentus nostri Casimiriensis, eos in oppido Klobucko dicto in diœcesi Cracouiensi, fundauit, postulatis à conuentu nostro Casimiriensi, viris probis, vitâ et doctrina claris, qui alios ad omnem vitæ religiosæ obseruantiam efformarent. A. D. 1454. Clobucensis Conuentus fundatur.

Anno Domini. 1455. Conuentus Fulnecensis Canonicorum Regularium, in Morauia, Depositum suum quod habuit in conuentu nostro Casimiriensi, ab annis triginta, ob persecutiones Hæreticorum, hoc anno recepit, et de recepto, quietauit. A. D. 1455.

Anno Domini. 1456. Erecta est Ecclesia s. Agnetis Virginis et Martyris, Stradomiæ, cum Conuentu Monialium s. Francisci de obseruantia Bernardinorum, viuente B. Joanne Capistrano. Hæc Ecclesia conflagrata, deinde a Joanne Rosbracho Canonico Cracou. restaurata. Deinde Anno Dñi. 1654, à Suecis, cum aliis Ecclesiis, funditùs euersa, postea pace restitutâ, eleganttiori formâ, muro eo ctili ædificata. A. D. 1456. Eccl[esi]a s. Agnetis Stradomiæ erigitur.

Anno Domini. 1458. Inundatio aquarum, multa damna intulit, quam secuta est Caritas annonæ, ob vehementiam ventorum, et imbrium. A. D. 1458.

Anno Domini. 1464. Bellum sacrum in Turcas a Pio II. Papa, indictum. Ad hoc bellum sacrum, ne Casimirus Rex poloniæ nomen daret, prussico bello impediebatur. publicata tamen Cruce, permulti è polonis priuati, nomina dedere, ita ut ij propè duodecem millia hominum conficerent. Eorum, cruce signatorum militum, non nulla pars dum coit, et instituit se Cracouiæ, re inter se communicata, in Judæos impetum fecit; effractisq; domorum foribus, facultates eorum diripuit, ac ne cæde quidem abstinuit. Cæsi ex vtroq; sexu Judæi triginta ferme, cæteri in Vicinam Joannis Tencinii castellani Cracouien. domum confugerunt. Eam quoque crescente tumultu postridie expugnassent, nisi Joannes Grusinius Episcopus, et Jacobus Dembenius præfectus, idemq; Thesaurarius Regni, cum cohortibus suis aulicis, et senatu, ac multitudine Vrbana, licentiam atq; furorem eorum repressissent, Judæosq; in Arcem deduxissent. Cromerus lib. 25. A. D. 1464. Judæi Cracouiæ trucidantur.

Anno Domini 1467. Septimo Idus Aprilis, Stradomia tota, exceptis templis conflagrauit. Breui, Cracouiæ Centum domus conflagratæ. A. D. 1467. Stradomia conflagrauit.

Eodem Anno, Gaspar Præpositus, in infirmitatem incidit, in qua sanctissimis Ecclesiasticis Sacramentis expiatur, ad æterna (ut piè credimus) laboris sui præmia, Deo vitæ Authore iubente, euocatur est. Cum gessisset præposituram Annis Viginti octo. Obitus præpositi.

Sub huius Praepositi regimine,
Mortui sunt etiam Fratres hi.

Obitus Fratrum.

1. Martinus Muratoris, presbyter.
2. Joannes Laurenti textoris, presbyter.
3. Fr. Philippus conversus.
4. Ioannes de Sądecz. presbyter.
5. Andreas Prior et praedicator. presbyter.
6. Thomas. presbyter.
7. Fr. Andreas subdiaconus.
8. Ioannes dictus Auris. presbyter.
9. Ioannes presbyter provisor molendinorum.

Tres simul Episc. Crac. electi.

Circa Annum Dni. 1456. Tres Episcopi Cracovienses electi. Joannem Grusczynski, Episcopu Vladislaviensem, promovit Rex: Joannem Lutecun Regni procancellarium, Canonicu Cracovien. elegit Capitulum: Jacobum Sienienski filium Palatini Sendomirien. designavit summus Ponti fex Pius II. Et cum Jacobum Senienski, tres suffraganei consecravissent, iussu summi Pontifi cis; hac re exacerbatus Rex Casimirus, suffraganeos, Cracovia abesse iussit. Crizano nius verò Canonicus Cracovien, domo ab apparitoribus praefecti extractus, per media Urbem foras eductus est, eo vestitu quo Canonici in templo utuntur, nempè veste linea latiore, et pallio cum cucullo ex pellibus murium ponticorum indutus. Quare magnam in se populi spe ctantis commiserationem, gemitusque de acerbitate Regis commovit. Idem tribus aliis, inferio ris ordinis sacerdotibus, accidit. De qua re latius Cromerum disserentem, Vide lib. 24.

Canonicus et tres sacerdotes pulsi Cracovia

Hieronymus autem Archiepiscopus Cretensis Nuntius in Polonia, egit cum Rege de iniuria personarum Ecclesiasticarum, et pro Sennenio, asseverans, Episcopatu semel à Sede Apostolica ipsi collatum, invito adimi iure non posse. Sed Rege asseverante malle se Regno excidere, quàm illum pati esse Episcopum: Legato vicissim vocife rante, praestare, ut tria regna pereant, quàm ut, et authoritas Ecclesiae perturbetur: re infecta, et irritatis utrinque animis, discessum est.

Mulier ad Iudaicā perfidiam desciuit.

Anno Domini. 1464. Gregorii Morstini Civis Cracovien, praefecti Salina rum Vielicensium Uxor Magdalena, ad perfidiam Judaicam, cum sua prole desciuit: quam ille, sollicitantem et seducentem alios christianos, à vivis timoratis, deque reli gione Catholica Zelosis, admonitus toties, pro gravitate sceleris, et Apostasiae, punire neglexit. Ita Joan. Herb.

Terrae motus. Et 8. infantes Uno partu.

Anno Dni. 1604. In Hungaria, memoratur circa Varadinum, terram gravi motu concussam tremuisse. Et mulierem gravidam eo tempore, octo infantes, Uno partu effudisse. Ita Piasecius.

Nonagenario novi dentes creverant.

Anno Dni. 1603. Medicus Joannes Oczko, vir in arte sua solertissi mus, narravit, quod Patri Stanislai Karnkowii Archiepiscopi Gnesnensis, accidi sset; ipsi enim nonagenario, dentes novos crevisse. Ita Piasecius.

IACOBVS VADOVIVS,

Quintus Conuentus Canonicorum Regularium Lateranensium, et Ecclesiæ SS: Corporis Christi Præpositus.

Post decessum Gaspari præpositi, acceleravunt Fratres Canonici, nouam futuri præpositi electionem, quâ pro die certa, more veteri indictâ, concordibus sententiis, venun ciauerunt Jacobum Vadouium, Domus suæ Canonicæ professum. Hic statim in exordio regiminis sui, fabricam Ecclesiæ, à prædecessoribus inchoatam, ad iustam murorum quantitatem, perduxit, et consummauit. Idem supra sacellum ædificauit campanille ligneum, penes Ecclesiam, quod postea cum campanis exustû, ut infra dicetur. Idem Confirmationem Confraternitatis SS. Sacramenti, à primæua Ecclesiæ locatione fundatæ, hoc anno à Nuntio Apostolico obtinuit. Huius etiam curâ quatuor altaria in Ecclesia SS. Corporis Christi, videlicet S. Augustini. Transfigurationis Domini. SS. Trinitatis ante Consules Civitatis, et ex opposito S. Ursulæ V. M. consecrata sunt. Labores D. præpositi. Altaria consecrata.

Circa hæc tempora, prodigia apparuisse memorantur. Quodam die, sole occidente, plusqm duabus horis, imaginem Crucifixi cum gladio, ab Occidente ad meridiem, in aere pendere visam esse. Item caput siue caluam Diui Stanislai, aliquoties, dum in solemni supplicatione circumfertur, sudasse. Cromer. lib. 24 et 25. prodigia.

Anno Domini. 1468. Monasterium celebre in oppido krasnik Canon. Regul. fundatum est, a Joanne de Tęczyn. ad quod Cœnobium Frater de Conuentu nostro Casimiriensi postulati, et à Joanne Gru

A. D. 1468. Monasterii Cruciferorum.

Sczynski Episcopo Cracoviensi introducti; Quod Monasterium, Vistulovi perpetuo, Praeposito Casimiriensi, Vt in Erectione eius Monasterij patet, semper subiacere debet.

Pestis.

Eodem Anno q[uo] sup[ra]. Poloniam pestis atrox inuasit, et annonae caritas subsecuta, ex hiberni caeli intemperie, ingentiq[ue] multitudine murium, qui horrea depasti, cum se in agros effudissent, radicitus arroserunt. Accessit huic malo, et aliud, quod Cometes duo, in Octobri, per dies quindecem apparuissent. Ita Kalielskius.

A. D. 1472. S. Pauli Eremitae fundant. Casimiriae.

Anno Domini 1472. teste Miechoviensi; Constat inductos fuisse Casimiriam, ad Ecclesiam (olim S. Michaelis capella erat) nunc S. Stanislai, in Rupellam, Religiosos S. Pauli primi Eremitae. Sic enim scribit dictus author. Anno Domini 1472. Joannes Dlugossius, senior Canonicus Cracoviensis, in die Decem millium militum, quorum festum in diem lunae, 22 Junij cadebat, contentato Joanne de Svebnia plebano, duabus praebendis, Sendomiriensi, et Kielcensi, de Ecclesia parochiali in Rupella, conuentualem, per Joannem Rzestowski, Monasterium Fratrum Eremitarum B. Pauli primi Eremitae fundari obtinuit, Vt horis diurnis et nocturnis, laudes Deo, et Beato Stanislao concinnerent. Contentato etiam Stanislao Bielski Altarista S. Crucis eiusdem Ecclesiae, per aliud Beneficium, et medietatem Census Magistri Montium, in Zuppa Vieliciensi, apud Spythonem de Melsztyn, coempto perpetuo, consensu Regio accedente. Proventus pro Victu Fratrum praefatorum loci in Rupella, idem Dlugossus adiecit. In eadem Ecclesia requiescit Corpus B. Svatoslai Ciuis Casimiriensis. Item ibidem depositum est Corpus Joannis Dlugossi, Canonici Cracovien, et Historici Poloni, et huius Monasterii Fundatoris, Anno Domini, 1480 defuncti.

De B. Suantoslaa. Joan. Dlugoss Tom. II lib. 4. Miech. lib. 3. c. 4.

A. D. 1473.

Anno Domini. 1473. Die 26 Julii. Stradomia rursus, cum Ecclesiis S. Heduigis, et Bernardinorum conflagrauit, octauo ferè anno, à prima combustione.

A. D. 1475. Inundatio Vistulae.

Anno Domini. 1475. Circa festum S. Jacobi Apostoli, ex ingenti imbrium mense Julio decidentium, Vistulae horrenda inundatio effecta est, Vt Casimiria ac Stradomia aquâ operirentur, et ad altaria templorum pertingeret. Pontem maiorem quo Casimiria Cracoviae iungitur, aliosq[ue] minores pontes abrumperet, magnamq[ue] calamitatem hortis, et pomariis inueheret.

A. D. 1477. Obitus D. Praepositi.

Anno Domini. 1477. Jacobus Vadouius Praepositus, infirmari coepit, et inualescente morbo, Sacris Sacramentis vitè munitus, vitâ mortali perfunctus est, Cum Ecclesiam suam, et Conuentum annis decem administrasset.

Fulmen in Eccl[es]ia S. Francisci.

Sub id tempus, Imago sculpta Christi D[omi]ni Crucifixi, in medio Ecclesiae S. Francisci collocata, tempore missae, et elevationis S[anctissi]mae hostiae, fulmine percussa, et in partes diuisa.

Sub huius Praepositi regimine,
Hi Fratres defuncti sunt.

1. Nicolaus Lamet, prior Conventus, presbyter.
2. Fr. Joannes Sadecensis, Diaconus.
3. Fr. Christinus Conversus.
4. Iacobus presbyter. Sacristianus.
5. Fr. Joannes Conversus de Nyssa, pictor.
6. Martinus presbyter, praedicator Theutonicorum. A.D. 1473.
7. Thomas presbyter. Hortulanus.

Obitus Fratrum.

Et quia Canonici Crasnicenses, non pridem ex nostro Conventu Casimiriensi assumpti, post Confraternitatem contractam, petierunt mortuos suos fratres, in cathalogum Conventus Casimiriensis inscribi; ideo hic sub hoc praeposito defuncti ponuntur.

Nicolaus presbyter, prior Crasnicensis.
Nicolaus Lublinensis, presbyter.
Fr. Stanislaus Conversus.

Quoniam autem B. Suantoslaae olim Civis Casimiriensis, obitus, et depositionis Corporis eius in Rupella mentionem feci, operae precium duxi, vitam eius, ex Historicis polon. Joachimo Bielscio, et Mathia Miechouiensi, hic ponere.

VITA B. SVANTOSLAÆ.

Suantoslaa, nobilibus parentibus orta, eo in loco, ubi nunc est Casimiria, domicilium habuit, virtutibus clarissimis in statu Virginali insignis; procedens verò in annis, viro pari nobilitate, in coniugem copulata, verùm post aliquot annos, soluta vinculo maritali, et sui iuris effecta, coepit opera charitatis exercere, ieiuniis, et orationibus indefessè vacans: ac sanctum Stanislaum Episcopū Cracouiensem, recenter à Boleslao impio Rege occisum, (videns miracula quae post passionem eius patrata sunt à Deo) hunc sibi pro patrono speciali elegit, ad cuius sepulchrum, dum saepius oratura accedit, et ecce post decem annos martyrii eius, ad sepulchrum orans, et tota nocte vigilans, vidit de repente, quasi in spiritu rapta, totam Ecclesiam multis luminibus, et caelesti visitatione illustratam, quâ in visione astitit sibi S. Stanislaus, admirando in pontificalibus, vestitu refulgens, adstantibus sibi undiq. sanctis, quae viduae venerandae dixit, imperans, vt Lambertum Episcopum Cracouiensem adiret, ageretq. cum eo, quatenus ad Cathedralé Ecclesiam Cracouiensem, corpus eius transferatur; his dictis disparuit. Quibus auditis à veneranda vidua Antistes, notam, perspectamq. habens, illius devotionem ac pietatem, breui solemni cum pompa, illud sancti Martyris corpus, transferri curavit. Haec vero veneranda vidua, piis operibus intenta, nec usq. ad mortem desistens, felici fine quievit, in Rupella praedicta, honorificè tumulata. Anno Dñi. 1083.

Vita B. Suantoslaa.

Joan. Dlugo hy. Tom 1 lib. 4.

Miechou. lib. 3. c. 4.

Cometes. pestis, et fames.	Sub tempus Anni 1469. Cometes per 8 menses horribilis apparebat, quem secuta est pestis, fames, et siccitas adeò gravis, ut Vistula fluvius penitus exsiccaretur, et apud Turoniam pedibus vadabilis efficeretur. Segetes (vernae praesertim) squalerent, sylvae sabusque radicibus arderent, pecudes et iumenta, oblitis limo cum herba vorato intestinis interirent.
Calendarium emendatum.	Anno Dñi. 1582. Gregorius XIII. Papa. Cum multa praeclarè, pro restituendo nitore prisco, Ecclesiae Catholicae ordinasset, Calendarium quoque corrigi voluit, cum ratio computandi dies Paschae, declinasset plurimum à formula in concilio primo Niceno, sanctorum 318 Patrum in eo congregatorum consensu stabilita. Adsciti itaque Romam peritiores Astrologi, negotium illud perfecerunt, et novum calendarium emendatum Idibus octobris, prodiit. Dissidentes tamen in Religione vetus calendarium pertinacius retinuerunt. Ita Piasecius.
Thalmud Iudaicum prohibitum.	Anno Dñi. 1593. Clemens VIII. Papa. Legem sanxit, ne Iudaei Talmud suum, et alios in Indice expressos, ac prohibitos libros legerent, et omnes tales libros, ab officio Inquisitionis conquisitos, cremari iussit. In sola Civitate Bergomensi, ferè decem millia huiusmodi librorum, fuerunt collecta, et igne absumpta. Ita Piasecius.
Inuentio S. Caeciliae corporis.	Anno Dñi. 1595. Romae, Corpus B. Caeciliae, ab octingentis septuaginta annis, a Paschali Papa I. reconditum, et eo usque quo loco esset ignoratum: Casu, dum illius Ecclesiae Titularis Cardinalis Sfrondatus, vetustate collapsa altaria instaurat, in arca Cupressina, cum lineo habitu, vix aliquo tanta vetustate immutato, fuit repertum, summa consolatione fidelium. Illud Pontifex veneratus, in arcam ex Argento solido fabrefactam, unà cum arca illa Cupressina inclusit, et magna solemnitate adhibita, in eadem Ecclesia iterum reposuit.
Peculium Epi ingens.	Anno Dñi. 1624. Decesserat Joannes Kuczborski, Episcopus Culmensis, sic peculii sui praedivitis, nempè quingentorum millium nummorum aureorum, seu florenorum communium polonicorum, cum omnium admiratione, ex Censu Ecclesiae suae; idque intra decem solum annos, quibus illi Episcopatui praefuit collecti, constituerat haeredem Regem Sigismundum, praeterito fratris sui germani filio, aliisque agnatis; fortè quod crederet, ex grata munificentia Regis, eos maiora recepturos.
Translatio S. Norberti Epi Magdeburg.	Anno Dñi 1628. Pragam adducta sacra ossa, B. Norberti, Magdeburgensis olim Archiepiscopi, in ordine quatuordecimi, ab Altringero, et Abbate Strahoviensi, summa veneratione, ac solemnitate, ipsemet Imperator, deponi fecit, in templo Coenobii, eiusdem Abbatis. Obierat iste sanctus, Anno Christi 1142. Exuviae illius iacuerant Magdeburgae, in Coenobio S. Mariae, in uno lapide excavato, depositae, et alio plano lapide solido contectae, terra aggesta. Nec aliud inventum fuit intro, praeter ossa, et crucem auream, ac annulum cum diamante, non vilis pretii, togaeque carie consumptae, aliquas partes.

ANDREAS.

Sextus Conventus Canonicorum Regularium Lateranensium, & Ecclesiæ SS. Corporis Christi Præpositus.

Labores eius.

Vitâ functo Jacobo Vadovio, Fratres Canonici, communibus suffragiis, elegerunt Andream presbyterum, Domus suæ professum. Qui obtentâ præpositurâ, statim in exordio regiminis sui, primo anno, omnia prorsus altaria, in ampliori choro erexit, et in Sacristia altare consecrari curavit, quod postea Anno Dñi 1673. demolitum est. In Villa Kamien dicta, certum fundum Lipowa dictum, Conventui suo emit.

Carthusiensibus fundatio denegata.

Anno Domini. 1478. Joannes Dlugossus Canonicus Cracoviensis, cum vellet Casimiriæ (in eo loco, ubi Casimirus Rex voluit construere scholas studii generalis secus murum) de consensu Casimiri Tertii Regis Poloniæ, Cœnobium Carthusiensium erigere, et fabricare, contradixerunt Casimiritæ, propter locum, quem tantoperè vacuum, domibus et hortis, nullo eis Regio iure suffragante occupaverant, nec permiserunt præscriptione allegata, opus et clenodium pulcerrimum, toti regno Poloniæ profuturum, quamvis ipse Joannes Dlugossus, offerrebat se, omnia iura eorum civitatis resarsurum, ædificare. Ita Dlugossus.

Obitus B. Simonis Lipnicensis.

Anno Domini. 1482. Pestis gravissima totam invasit Poloniam, et inprimis Cracoviam. Quo tempore 15 Calend. Augusti, B. Simon Lipnicensis, Sodalitii Bernardinorum, Ecclesiastes disertus, probitate, ac sanctimoniâ vitæ clarus, ita ut ægroti complures ad sepulcrum eius, pristinæ sanitati restituti esse memorentur, sæva lue extinctus est, et in choro Ecclesiæ S. Bernardini in Stradomia ad Cracoviam, per fratres honorificè tumulatus. Ita Miechoviensis.

A. D. 1489.

Anno Domini. 1489. B. Stanislaus Casimiritanus, Vir sanctitate, et doctrina illustris, ex claustro Casimiriensi Canonicorum Regularium, in cælos abiit. Cuius Vita, inprimis ab Abrahamo Bzouio Ord. prædic. S. Th. D. in Supplemen. Baronii, sub anno eodem descripta: dein polonico idiomate Anno Dni. 1615. insuper Anno Dni. 1670. prælo data, et a Censore Librorum Diœces. Cracou. approbata, quam ego succincte collectam, sic ponere operæ pretium duxi.

VITA, ET OBITVS, B. STANISLAI, CASIMIRITANI, CANON. REGVL. PROFESSI CONVEN. CASIMIRIEN.

Vita et obitus B. Stanislai Casimiritani.

Beatus Stanislaus Casimiritanus, Casimiriæ, (quæ est Ciuitas Vrbi Cracouiensi confrontata) oriundus, Vnde et cognomen ei adhæsit. Parentes habuit admodum Honestos, secundum sæculi fortunam, haud infimæ conditionis, nam Pater ipsius Mathias sothiseuius primos illius Ciuitatis gessit Magistratus; Mater Heduigis femina deuotissima; Qui cum diu prole caruissent, hunc filium precibus à Deo obtinuerunt. Natalem habuit, Anno Virginei partus 1433. in festo Translationis S. Stanislai Epi et Martyris, Cuius nomen etiam in baptismo ei datum. Is postquàm primam ætatem sub parentum oculis exegerat, et iam capessendis literarum studiis idoneus uidebatur, primò in schola parochiæ SS. Corporis Christi, rudimenta grammatices edoctus, statim à teneris annis specimen probitatis dabat: dein annos plures adeptus studiis literarum aptos, ad gremium Cracouiensis Academiæ concessit, Vbi studiorum curriculo confecto, ad omnem Vitæ honestatem efformatus est: dumque bonæ indolis, ac honestæ frontis adolescens, inter illustres pietate et eruditione Viros quotidie Versatur, mores eorum expressit, paucosque post annos, eos non in studiis magis, quàm pietate progressus fecit, Vt æquales omnes scientia superavit, et proinde primam Lauream in Philosophia, breui et Secundam Magistri et Doctoris, et nondum Vir, Theologicas laureas meruerit, Baccalaureus S. Theologiæ Creatus. Post aliquot tempora exarsit in eo Religionis ardor, quare ad Cœnobium Canonicorum Regularium, sub Diui Augustini habitu et Regula militantium, Casimiriæ concessit, expletoque Nouitiatus anno, sacro se voto ei Vitæ obstrin-

XII. Hic imprimis egregia in Deum pietate, erga Superiores observantia, in collegas suos charitate, et benevolentia, valdè emicuit, adeò, vt breui tempore Concionatoris, paulò post Lectoris, dein Prioris munus, obire fuerit coactus. His officiis perfunctus, plurimos doctrinâ, exemplo, charitate imprimis actuosa, Christo lucrifecit. Bis tantum singulis septimanis reficiebatur. Cilicium asperimum gestabat. Nuda in humo capiti supposito lapide, somnum fallebat. Vigiliis orationibus, contemplationi, in Ecclesia noctes diesq incumbebat. Sacrificium mysticum quotidie, summa cum deuotione litabat. Silentium perpetuum meditationibus servabat.

Ad S. Stanislaum Episcopum Cracouiensem et martyrem patronum suum deuotissimus, dum sepulchrum illius in Rupella sæpiùs visitat, quadam die, ibidem orantem cœlesti visione, benignus Dominus visitare dignatus est; nam orans, Reginam cælorum cum Filiolo, et Sancto Stanislao apparentem sibi, meruit aspicere, atq ab ea audire. Gaudeo fili Stanislae, de insigni tua ista deuotione, qua me et S. Stanislaum prosequeris; Viriliter age, te enim Vnâ cum Sanctis meis, merces copiosa expectat in cœlis.

In his exercitiis virtutum, mortis diem ex reuelatione Diuina prœcognouit, et ad prœmia æterna properanti, apparuit Christus cum Matre, Sanctis Poloniæ tutellaribus comitatus, blandè compellans. Surge (inquit) et festina fili mi Stanislae, Hodie enim mecum eris in paradiso. Quibus verbis animatus, cum se æternitati per vsum Sacrorum præparasset, illa verba proferens: In manus tuas Domine, Commendo Spiritum meum; purissimam animam Deo reddidit. Anno Salutis humanæ 1489. Die Tertia Mensis Maii. In festo Inuentionis S. Crucis. Anno ætatis suæ 55. Mense 7. die 7. In Religione 33. Mense 6. Quem Fratres Conuentus post aliquot annos, corruscantem miraculis sublenauerunt, ossibusq eius collectis, et in tumba occlusis, in loco seorsiuo, in choro Minori Ecclesiæ deposuerunt, posito grandi lapide super sepulchrum eius, cum ipsius effigie expressa in lapide, hac inscriptione adiecta, literis vetustatem satis redolentibus, incomptis, nec satis suis numeris constantibus:

Hoc Conclusa iacent, Diui patris ossa sepulchro
Stanislai, hâc Casimiria de gente creati,
Cuius gestorum miranda cerne trophea.

Eius postea sepulchrum, vnus de Domo Illr. et Generos. DD. Jordanorum, Crate ferrea, sumptu proprio, ad instar capellæ obduxit.

Tandem post Annos Centum quadraginta sex, Martinus Klocżynski, Conuentus et Ecclesiæ Præpositus, cum vellet exedras seu sedilia, artificioso opere ad ornamentum Ecclesiæ, in Minori choro erigere, huius Beati ossa, cum licentia Lociordinarii, è veteri sepulchro leuata, in apertiorem locum, maioris chori eiusdem Ecclesiæ, ea quâ par fuit deuotione transtulit. Fabrefacto eidem Beato, nouo, partem marmoreo, partem lapide dolato, forma insigni archetypa decentissimo, cum hac inscriptione sepulchro.

D. O. M.

Beatæ Memoriæ D. Stanislai Casimiritani, ad hanc Can. Reg. S. Augustini Ecclesiam, Canonici, professi, presbyteri, pietate dum in humanis ageret singulari, ac post mortem, quam Anno Domini. M.CCCC.LXXX.IX. die 3 Maii obiit, Votis fidelium, sua merita, magna deuotione, atq; solatio implorantium continuis, in præsentem usq; diem conspicui: Martinus Klo czynski I.V.D. Præpositus, cum suo Conuentu erexit. Cuius Corporis integras Reliquias, ad sinistrum chori anterioris angulum, ad ferream cratem, sub saxo, in ligneo loculo, olim depositas, in thecam stanneam collegit, et concauo petreæ huius tumbæ conclusit. Anno Domini. M.DC.XXX.V. Mensis Augusti, Die X.

Ad Cuius Beati tumbam, usq; in hodiernam diem, maxima Dominus operatur Sanitatum miracula, ita ut à remotis etiam huc confluant regionibus, qui se Beati Confessoris meritis, sperant adiuuari.

A. D. 1492. Incendium Cracou.

Anno Domini. 1492. Contigit circa finem Julii, Cracouiæ atrox incendium, in domo aciali, iuxta portam sutorum, (teste Miechouiensi) exortum, quod maximam Urbis partem, quæ ad septembrionem, et occidentem solem vergit, cum tectis turrium, et mœnium, atq; templorum, fortuito incendio absumpsit. Quo etiam tempore Ecclesia S. Annæ, cum Domo, (quam collegium maius vocant) conflagrauit.

Judæi pelluntur Cracouiâ.

Post quod tempus Judæorum domicilium, qui eousq; seorsim in Urbe habitabant, grassanteq; incendio illo à militibus excussi erant, Casimiriam translatum est, in ripam Vistulæ, quem locum Casimirus Magnus, olim gymnasio destinarat, et ædificare cœperat. Ubi etiam nunc frequenter admodum, et penè innumerabiles degunt, coempta etiam recenter, à Magistratu Casimiriensi magna parte earum Urbis.

Aromata à Judæis. Vide fol. 152. Ex MM. SS. Conuentus.

Et ex eo tempore, quo migrauerunt Casimiriam, cœperunt Judæi, fratribus Conuentus nostri, tribus vicibus per annum offerre aromata, ratione fundi occupati in parochia nostra, et ratione diminutionis prouentuum Ecclesiæ nostræ.

Officiu Judæoru in Eccl̃a nr̃a.

Iidem Judæi, ob quoddam enorme delictum, ex decreto Judicis, debent efferre libros Gradualium, et psalterii, ex sacristia, super pulpitum Ecclesiæ nostræ; modò per decreti relaxationem, soluunt cantoribus, ut pro ipsis efferant.

Horologium penes Ecclesiã.

Sub id tempus etiam, erat Horologium ad latus Ecclesiæ nostræ penes Sacristiam; quod extra, pro tota Ciuitate Casimiriensi sonabat horas. et in Ecclesia supra Ciborium, erecta erat statua hominis, tenens Cymbalum in manu, et ita bis sonabat, et extra, et in Ecclesia. A cuius directione horologii, Judæi, singulis quatuor

temporibus Campanatori soluebant Imperialem. Consules verò Casimirien quotannis dabant pelliceum. Verùm cum in prætorio Civitatis erectum esset Horologium, penes Ecclesiam, circa Annum 1610, demolitum.

Anno Domini 1493. Duo menses, Januarius et Februarius adeò calidi erant Vt arbores folia explicarent, aves nidos extruerent, terra flores produceret, verùm totum hoc in Mense Martio, asperimum frigus decoxit. A. D. 1493.

Anno Domini. 1495. Vistula fluuius, (teste Miechoviensi) supra modum æsta te media inundauit, validis imbribus auctus. A. D. 1495.

Anno Domini. 1498. Teste Cromero, Initio Nouembris, pestis ex Vnga ria et Silesia proserpens, Cracouiam, et Minorem Poloniam inuasit, quæ cum hyeme, (quæ fuit asperima) conquieuisset, æstate sequenti, maiorem in modum recruduit, et ad hyemem longè lateq; grassata, plurimos mortales absumpsit. A. D. 1498. pestis.

Anno Domini. 1499. Judæa in Civitate Casimiriensi, peperit Monstrum, scilicet Vitulum, duo capita habentem. Monstrum. A. D. 1499.

Anno Domini 1500. Milites Cruce signati, post discessum Regium, contra Tartaros, Correptis armis, in Judæorum domicilia, quæ tunc recenter Ca simiriæ posuerunt, impetum fecerê, et fortunas eorum diripuerê, ac viginti plùs minùs Judæos trucidauerê. Inde, Cùm, signis extensis, per pontem Craco uiam tenderent, clausis portis Vrbis, exclusi, Regem secuti sunt. Miechouien. A. D. 1500. Judæi spolian tur.

Anno Domini. 1504. Casimiria à meridie, ad noctem usq; Rege ex Arce inspectante, arsit, et cum turribus, et pinnis, murium penitùs conflagrauit. Ita Miechou. A. D. 1504. Incendiū Ca simiriæ.

Anno Domini. 1505. Grando horribilis, Cracouiæ, et per loca adiacen tia Cecidit, oua gallinæ magnitudine æquando. A. D. 1505. Grando.

Eodem anno q sup. Andreas Præpositus, laboribus, et senio fractus, cum ob ingrauescentem ætatem ministerio præeê non poterat, præposituram in capitu lo fratrum resignauit. In cuius locum communibus suffragiis subrogatus est, Benedictus Domus nostræ professus, vir diuinis humanisq; literis præclarè instructus. Hic elaborauit piscinam, in Villa Conuentus, Krzyszkowice dicta, quam piscinam, à suo nomine appellauit Bienek, quæ ad hæc usq; tempora manet. Ve rùm cum vellet Benedictus præpositus, inclinatos mores Religiosorum suorum, ad meliorem reducere frugem, ex eo, inter fratres et ipsum, discordiæ emerserunt, quare vir quietis et vitæ solitariæ amans, post visitationem Episcopi per Commi sarios suos, præpositurâ se sponte abdicauit, ideòq; non numeratur inter præposi tos, cum vno solùm anno præfuisset. In cuius locum electus est Petrus, Do mus huius professus et presbyter, villarum ad Conuentum nostrum pertinentium procurator. de quo infra. Hoc etiam anno, Andreas præpositus, cum præfui sset annis viginti quinq;, testaceo Corporis relicto hospitio, in æterna taber nacula migrauit. Sub eius Regimine mortui noscuntur Fratres. Benedictus præ positus. Ex MSS. Conue tus. Christoph. Lonienski. Obitus Andre æ præposit.

1. Nicolaus Presbyter. Anno Dni. 1478. Apotecarius.
2. Ioannes de Plessen. presb. Anno Dni. 1492.
3. Ioannes Loeblin. presb. A.D. 1492. Febr. 2. sanctitate notus.
4. Nicolaus Biecz presb. Anno Dni. 1494. predic. polon.

Obitus Fratrum.

5. Nicolaus alter de Biecz presb. A.D. 1494 sanctitate conspicuus.
6. Gregorius. Presbyter. Anno Dni. 1494. procurator molend.
7. Mathias. presbyter. Anno Dni. 1496. procur. molen.
8. Stanislaus presb. Almanorum praedicator. A.D. 1498.

Villa Krzysztkowice.

De Armis Topacz corpus eius ante maius altare, ad cornu Epistolae requiescit.

9. Derslaus de Borzniow, Decretorum Doctor, in saeculo Archidiaconus, et Canonicus Cracov., senex ingressus Monasterium, et professionem Canonicam fecit, pecuniam pro Villa Krzysztkowice obtulit, mortuus A.D. 1499. die 26. octob.

10. 11. 1499. Fr. Petrus de Liplas, Conversus. It. Fr. Mathias hamiensski. Conversus. A.D. 1504.
12. Stanislaus presb. Anno Dni. 1500. sacristianus.
13. Ambrosius presb. procurator Molendinorum, qui fideliter ministrando, privilegia supra molendina Monasterio nostro reliquit, 1503.
14. Iacobus, presb. prior Conventus. Anno Dni. 1504.
15. Vincentius presb. Anno Dni. 1505. procurator Villarum.
16. Fr. Nicolaus Swoszowski Conversus. A.D. 1505.

Professi Crasnicen.

Albertus presbyter.
Martinus presbyter.
Iacobus presbyter. Anno Dni. 1489.
Fr. Blasius. Conversus. Anno Dni. 1489.
Albertus. presbyter. Casimirien. Crac. sepultus, in conv. nro.
Michael praepositus Crasnicen. presb.
Stanislaus presbyter. Almanorum praedicator. Anno Dni 1498.
Franciscus presbyter.
Nicolaus presbyter. praepositus Hospit.
Iacobus presbyter. procurator Molendin. prior. 1504.
Petrus et Thomas presb. à scythis capti, ibidem obierunt.
Joannes presbyter. presp. Crasnicen. A.D. 1507.

Inventus thesaurus.

Pulsis Cracovia Judaeis, inventus est thesaurus in collegio Maiori Academiae, in lectorio Socratis.
D. Jacobus olesnicki, sbignei Episcopi Cracovien. germanus, de Armis Dembno. Can. Reg. professus Domus nrae. de illo Christoph. Zoniewski in Vita B. Stanislai Casimiritani.

Arx Crac. conflagravit. Messis praematura.

Anno Dni. 1500. Arcis Cracovien. ea pars, quae à pede galli Kurzanoga nomen habet, fortuito incendio conflagravit. Cromerus.
Eodem anno. Aestas tam calida et arida, ut ad medium Junii, fruges in Polonia passim demeterentur. Cromerus.

PETRUS

Septimus Conuentus Canonicorum Regularium Lateranensium, & Ecclesiæ SS: Corporis Christi Præpositus.

In locum Andreæ, uel potius Benedicti præpositi, subrogatus est omnium Votis, petrus, eiusdem Conuentus professus, et presbyter, Villarum sub Andrea, et Benedicto procurator. Hic præpositus, quod gessit per Viginti annos, et amplius, non scripsere antiqui, sed cum id non scribant, ideò etiam ego malui ignorare potius, quàm diuinare. Vehementer tamen dolendum est, excidisse præclarissimorum Virorum egregia monumenta, debereque antiquos fratres nostros redarguj erroris, uel negligentiæ. Constat tamen illum contraxisse confraternitatem, cum Monasterio Abbatiali Canonicorum Regularium in Czerwinsko. Et licet illius administratio præposituræ, a Fratribus silentio quodammodo inuoluta fuerit, tamen ex Visitatione Conuentus, à Joanne Konarski Episcopo Cracouiensi, per suos Commissarios, Anno Domini 1522, institutâ et factâ, apparet illum bona Monasterii nimis prodigè erogasse, in Hospites, famulos, equos, Et fortè parum aberat, quin totum dilapidaret, nisi Episcopus punctis in Visitatione præscriptis obuiasset, assignando illi, et addendo Conseruatores, ex patribus Senioribus Conuentus, qui totum Monasterii thesaurum in manibus suis obseruarent, ipsique præposito ad dispensandum, quantum pro Vnaquaque Vice, necessitas postularet, darent, et ministrarent. Qui de omnibus et singulis prouentibus, Censibus, et redditibus, ipsius Monasterii, Vndecunque collectis, et peccuniis expositis, fratribus ipsis saltem semel in anno facere rationem tenerentur, conseruatores, etiam ipsi.

Visitatio Conuentus.

A. D. 1509. Stradomia conflagrata.

Anno Domini. 1509. Die 22. Martii. Stradomia tota igne absumpta est; Divae Hedwigis, Agnetis, atq; Bernardinorum, templis solum modò illaesis permanentibus, reliqua ex utraq; parte, violenti incendio, penitus deflagrarunt.

Eodem Anno. pestis grassantis pericula, plurimum timoris mortalibus incussit, multisq; vitam ademit.

A. D. 1510. Judaeus comburitur.

Anno Domini. 1510. Judaeus perfidus, qui Corpus christi verum, in sanctissimo Sacramento blasphemabat, meritum sanè supplicium invenit, nam magno ad id excitato incendio, in foro Cracoviensi conflagravit.

A. D. 1515.

Anno Domini. 1515. Inundatio Vistulae, plurima damna intulit; quam secuta est acerbissima pestis.

A. D. 1518. Consules Casimiriens. capite plectuntur. Cromerus in oratione funebri. Sigism. Aug. Et Nakiel scius.

Anno Domini 1518. In mense Martio. Proconsul Casimiriensis, dictus Karolia, et alii duo Consules, Siechel et Szeling, in Arce Cracoviensi capite plexi sunt. eò, quod nobilem quendam Staboss dictum, cum duobus famulis eius, iniustè, (fores illi ebrii ad lapideam quandam effringebant) sine praemisso iudicio, capitis poena condemnarunt, et decollatos sepultura decenti privaverunt; quare citati per consanguineos nobilis Staboss, decreto Sigismundi Primi Regis, poenas luerunt. Et ex hac occasione, in posterum decrevit Rex, ne Magistratus Casimiriensis, in quenquam nobilem, sine assensu Castri Cracoviensis, mortis sententiam ferre praesumat. Ita Samuel Nakielski in chron. Miechovień.

A. D. 1519. Hyems calida nimis.

Anno Domini. 1519. Hyems tam calida erat, ut videretur esse Autumnus, verùm sequenti anno, tam asperrima frigora usq; ad Pentecostes erant, ut inde maxima caristia, et fames sequeretur.

Anno Domini. 1524. Fames hoc anno, homines gravissimè afflixit.

A. D. 1526. Obitus Praepositi.

Anno Domini. 1526. Petrus Praepositus ad extrema perveniens, sacro q; refectus viatico, obdormivit in Domino, cum praefuisset Anno uno, supra viginti. Sub huius Praepositi regimine, mortui sunt hi Fratres.

Obitus Fratrum

Professi Crasnicenses. quos postponere debui. Casimiriensibus.

Martinus Presbyter. de Krasnik.
Iacobus Presbyter.
Mathias Presbyter.
Ioannes Presbyter.
Simon Presbyter submersus.
Petrus Presbyter.
Mathias Praepositus Crasnicensis.
Ioannes Praepositus Crasnicen. A. D. 1507.

Ioannes presbyter. Anno Dni. 1509.
Ioannes presbyter. prior Conuentus. A.D. 1512.
Stanislaus presbyter. Anno Dni. 1514. Vestiarius.
Fr. Joannes Diaconus. Anno Dni. 1518
Professi Casimirienses. Thomas presbyter. Anno Dni. 1521. procur. Molend.
1. Joannes presbyter Crucifer. A. D. 1522.
2. Laurentius Vrsedouiensis presbyt. A. D. 1523.
3. Stanislaus Clepardiensis presbyter. A. D. 1523.
4. Jacobus Glauwick presbyter. Anno Dni. 1523.
5. Lawrentius presbyter A. D. 1525.
6. Fr. Stephanus Conuersus.
7. Fr. Jacobus Conuersus. An. Dni. 1525.
8. D. Andreas prior et praedicator. S. Th. Bacc. A. D. 1524. =
9. Felix, presbyt. Domus nrae procurator. 1527.

Circa Annum Dni. 1551. Regnante Sigismundo primo, venerunt tunc in Regno poloniae, olim praedicta tempora, quibus nequitiâ hominum, Religio vera, in opprobrium et contemptum adducenda erat, per magistros prurientes auribus. nam multi ex Monachis, et sacerdotibus, abiecto ordinis sui regulari vestitu, ad sacrilegas nuptias conuolauant, et ab orthodoxa religione desciuerant. Nam Stanislaus Orechowski gente oxarum, Canonicus premyslien, cum esset sacerdos, Magdalenam Chetmska, in vxorem sibi palam desponsare non erubuit, quo petulanti facto, seuerius ab Episcopo suo Joanne Dziaduski admonitus, nec dictis sui praesulis acquiescens, magnam odiorum nobilitatis contra clerum materiam praebuit, iam enim tunc coelibatus sacerdotum, contemptui esse capit, quasi aliquod irreligiosum nefas. Tum et sacerdos Martinus hrowicki, ducta vxore Magdalena pobiedzienska, fugiens paenas à Cracouiensi Episcopo irrogandas, Regiomontium perrexit. Et quod mirabilius, Joannes Drojewski, Episcopus Vladislauien, Sirarior aliquando, sub vesperam, dicitur nuptias, cum glotis suae pedisequa, publicè, non sine scandalo familiae, celebrasse: quanqm scandali iam tunc minor habebatur ratio, cum clerus passim in lasciuian fuisset prolapsus. Ex vitis Episc. Vladislauiensium. — *Sacerdotes Contrahunt matrimonia et celebrant nuptias.*

Anno Dni. 1526. Jacobus Vesanski, Episcopus Vladislauiensis, ob suspicionem haeresis anathemate notatur a papa; qui tamen reconcilliatur Romano pontifici.

Anno Dni. 1517. Lutherus haeresim seminare incepit, Vitenbergae.

Anno Dni. 1505. Die 19 Maii. Tempestas horrenda, circa Cracouiam coorta, tonitruis perpetuò terribiliter crepitantibus, et coruscantibus, inter densas nubes fulguribus, grandinem instar oui gallinacei demisit, qua frondes arborum erassiores etiam decussae, tectaque domorum perfracta sunt: turris vna Arcis fulmine peruersa, tecti et muri parte abrupta, prodigii loco fuit. — *Tempestas ingens.*

Similiter his temporibus s. circa Annum Dni. 1560. Episcopi Cracouien erant suspecti de fide. vti philippus padniewski, ita vt illum vacillantem capitulum Cracouien admonere et reprehendere debuerit. Circa A. D. 1571. Franciscus Crasinski; confoederationem olim haereticorum subscripsit, quam nemo Episcoporum, imò et catholicorum secularium facere voluit. — *Epi Crac. vacillant in fide et fauent haereticis.*

Nam Sigismundus Augustus Primus, Rex Poloniæ, remissior factus in cultu religionis Catholicæ, ad
dictus Curiosis scientiis, hæresim per germanos aduenas, in Poloniam introductam, non
cohibuit. propter quam hæresim Poloniæ status immutatus fuit. Goslicius Episcopus Ca
menecensis subscripsit fœdus libertatis hæresis. Ita Piasecius. Anno D. 1587.

Anno Dñi. 1590. Gregorio XIII. suffectus Sixtus V. genitus in Piceno,
Patre Peretto, genere Dalmata, seu Slavone, qui paupertatem fugiens transie
rat in Italiam, homo fortunæ tenuioris, unde et filium hunc suum, nomine Felicem,
puerulum gregi pascendo applicuerat, et eum transiens quidam Religiosus, ordinis
Franciscanorum, cum industrium videns, abduxerat ad Monasterium suum, ibi edu
De Sixto V. PP.
catus, literis imbutus, et ad summam eruditionem provectus, officiorum quoque in ea
religione, minorum et maximorum honore, et insuper generali, totius ordinis eius
præfectura cum laude perfunctus, in tantum virum evasit, quod Pius Papa V.
eum Cardinalitia dignitate insignivit, et deinde secundum successorem in Pon
tificatu habuit, summo Ecclesiæ bono. Nam stabilivit potentiam summorum Pon
tificum. Statum Ecclesiæ à latrociniis purgavit. Ornavit Urbem structuris magnificis.
Restituit nitorem sacræ scripturæ. Sanxit leges, quibus collapsam disciplinam Eccle
siasticam mirificè correxit. Cardinaliumque numerum, ad septuagesimum restrinxit.
Ingentem autem auri vim, iste pontifex congregarat, repositis in singulis an
nis, decies centenis millibus, numero aureorum Romanorum, in Castro Molis Adri
ani; ac quinto tum sui Pontificatus anno completo, quinquies mille millia (no
vo nomine milliones quinque, veteri verò usu, talenta auri, octies mille) com
pleverat. Et caverat lege, quam et ipsemet iuravit, ac a successoribus suis,
in ingressu pontificatus iurari voluit, ne ex illo ærario, depromi posset extra
necessitates tales: Ut si principes christiani, inirent fœdus generale, pro recupe
ratione Terræ sanctæ, et eo casu ærarium non prius esse aperiendum, donec e
xercitus christianorum in hostico consisteret: ad sublevandam annonæ caritatem,
vel pestilentiæ alicuius luem, ex qua gravissima populi Romani calamitas metuen
da esset. Item pro vindicando, vel recuperando Regno aliquo, vel provincia christiano
rum, si à Turcis, vel hostibus Ecclesiæ occuparetur, vel iam esset occupata. Et denum
si bellum ab aliquo immineret, ditionibus, et patrimonio Ecclesiæ Romanæ. Piasecius.

Anno Dñi. 1631. Mense Septembre Andreas Lipski Episcopus Cracou. obiit. vir in
Lipscii Epi Crac. defuncti, ingens peculium.
legibus Polonicis exercitatissimus, propinquis, ex ingenti peculio, (noningenta Polo
nica, aureorum, seu florenorum millia, numeratæ pecuniæ, præter supellectilem pre
tiosam, et tot horrea plena reliquit.) quod exactiori rei familiaris cura corra
serat, vix sesquiunciam assignavit. Monimentum tamen sibi, suisque insigne fecit,
collegium sacerdotum, et præposituram in Chotecz, in quo præpositus ex eius genere
perpetuò succederet. ac donavit decem millia florenorum, de quorum censu annuo Episcopi Ca
menecensis cura, aliqui captivi, ex servitute Tartarica redimerentur. Piasecius.

IOANNES NICZRONIS I.V.D.

Octauus Conuentus Canonicorum Regularium Lateranensium, et Ecclesiae SS: Corporis Christi Praepositus.

Petrus, successorem accepit Joannem Niczhonem Casimi
ritanum, omnium concordibus votis electum. Virum singula
ris virtutis, et Doctrinae. Cuius Virtuti tantum tribuit Capitulum,
vt ipsius fidei ac diligentiae, Conuentum, et Ecclesiam crediderit.
In quo officio ita se industrium, fidum, Vigilantem, ac integrum
gessit, vt crescente in dies magis, magisque ipsius famâ, et authori — Ex manu scr. Conventus
tate, officio, et dignitati, nunquam defuerit. Hic liberalibus (cum
primùm per aetatem licuit), à parentibus traditus disciplinis, ad eru
ditionem magis, quàm ostentationem profecit. An vero ante ingre
ssum Religionis, an in Religione, Juris Vtriusque Doctorali insigni — Labores eius.
tus fuerit laureâ, non scripsere antiqui. In eo imprimis effulsit
benignitas; nam cum esset vir ditissimae paupertatis, ex aliis Cano
nicorum Regularium Monasteriis, Fratres magna humanitate suscipie — Schola in Caemeterio.
bat, et in studiis Academiae Cracouiensis penes Domum suam
fouebat. Bibliothecam conuentus sui, libris auxit. Scholam
ex platea lanificum, nunc Judaeorum, in Caemeterium Ecclesiae trans
tulit: scholam antiquam, ad saecularium habitationem relinquens, quae
Domus hucusque retinet cognomen suum; Stara szkoła. Ex hac enim
platea, scilicet Judaeorum, erat transitus recta ad Ecclesiam; in loco quoque
hoc vbi nunc est officina Ceruisiaria Monasterii, Aula Abbatis
Szczyrzycensis extabat, quam postea praepositus uidens angustum lo
cum, pro dilatando Monasterio, siue emit, siue dono accepit.

A.D. 1528. Prætorium Casim. conflagratum.

Anno Domini. 1528. Feria secunda Rogationum, circa horam 19. Prætorium Ciuitatis Casimiriensis, exustum, et conflagratum est. Quo tempore Acta scabinalia, à septem annis incæpta, igne absumpta sunt, cum omnibus Actionibus, Resignationibus, et caussis notatis: in quorum postea locum, Acta recentia, per manus Bartholomæi Cromeri prouidè subordinata sunt.

A.D. 1530. Siccitas grauis.

Anno Domini. 1530. Cometes per duos menses apparebat, post hunc secuta est siccitas tanta, quæ hominum excedebat memoriam.

Anno Domini. 1534. Inundatio Vistulæ, ex continuis imbribus, multa damna intulit hominibus.

A.D. 1539. Vxor Consulis Cracou. igni tradita.

Anno Domini. 1539. Catherina Melderowa, Consulis Cracouiensis Vxor, à Iudæis dementata, fidem Iudæorum suscepit, quæ cum ab isto errore, nec exhortationibus Virorum doctissimorum, nec religiosorum monitis, auocari potuit, ex decreto Petri Gamrati Archiepiscopi Gnesnensis, et Episcopi Cracouiensis, in foro Cracouiensi, igni tradita est, vbi flamma adhibita, ad hoc supplicium iucunda fronte properauit.

A.D. 1543. Pestis.

Anno Domini. 1543. Peste grauissima laboratum est, quæ Cracouiam, et Casimiriam, et alia suburbia depopulata est, vt Ciues iuga montium peterent, qua peste Viginti millia hominum Cracouiæ, et per loca adiacentia sublata est, se, antiqui referunt Scriptores. Tunc cadebat sine numero Vrbana plebecula, sicut in primo autumni frigore syluarum folia concidunt.

A.D. 1544. Obitus D. Præpositi.

Anno Domini. 1544. Joannes Nicolaonis Præpositus, ex hac Vita decessit. Cum præfuisset annis Octodecem. Sub cuius regimine, obierunt hi Fratres.

1. Benedictus olim Præpositus Conuentus huius, qui vno tantum anno præfuit, et Præposituram resignauit. Vt dictum est sup. A.D. 1527.
2. Petrus dictus Proch Presbyter. Anno Dñi. 1531.
3. Gregorius Capellanus. Presbyter. S. Laurentij. A.D. 1533.
4. Martinus Presbyter. Anno Dñi. 1535. Sacristianus.

Professi Casimirienses.

Fr. Andreas de Swoszowice, Conuersus.
5. Laurentius dictus Rotrheba. Presbyter. A.D. 1536. Prior.
6. Mathias. Presbyter. uel Mathæus. A.D. 1539.
7. MATTÆVS Scrubimirita. Presbyter. A.D. 1541. Vestiarius.
8. Joannes Pilznensis, Presbyter. Anno Dñi. 1542.

Obitus Fratrum.

9. Gaspar Presbyter. Eodem anno. ut sup. Procurator Molend.
10. Albertus de Slomniki. Presbyter. A.D. 1543.
11. Franciscus, Presbyter. Præpositus Curoszwacen.

Ex Conuentu Cracouiensi Si.
Joannes Presbyter. Chrysostomus.
Nicolaus Presbyter. Praep. Hospit.
Joannes Turobinius. Presbyter.
Thomas Presbyter. Apiarij prouisor.
Felix Presbyter.

"Hoc ieiuniũ fer. 4. A Summo Pontifice Benedicto IX. indictũ Polonis, dũ Casimirus I. Rex Poloniæ, è Cluniacensi monasterio, ad Regnũ Poloniæ, Diaconus assumeretur qui cũ regnasset annis 16. obiit Anno Dñi 1058.

Ad Annum Domini. 1548. Feria quarta qualibet, ieiunare maioribus nostris Religio fuit. Tandem eodem anno, primum feria quarta, illatæ carnes in mensam Augusti Regis apud Polonos, dum funus parentis sui Sigismundi Primi curaret, magno populi murmure: quanquam Rex in gratiam Germanorum hospitum id fieri debere excusauit. Ex Vitis Episcoporũ Vladislauien. "

Feria quarta ieiuniũ apud Polonos.

Circa Annum Dñi. 1520. Regnante in Polonia Sigismundo Primo. Missus est à generali Fratrum Franciscanorum, Commissarius eiusdem ordinis nomine Fontanus, ad reformanda in Polonia sui ordinis Cœnobia; Qui dum legationis officio fungitur, et in eliminandis ipsorum abusibus operam ponit, Monachi Cœnobii Cracouiensis, sacrilego impetu, ad eripiendam ipsi vitam præcipites, violentas in eum manus iniecerunt, et ex cella extractum, crudeliter occiderunt, interemptumque in loco occulto sepelierunt; verum morte eius peruulgata, ab Episcopo Cracouien capti, et iussu summi pontificis, septem in Circulo Cracouien capite plexi, alii in Arcem Lipouiensem deducti, in carceremque detrusi, pœnas condignas luerunt.

Commissarius Franciscanorũ a Monachis occisus.

Circa Annum Domini 1507. Martinus Bielski polonus, qui Annales Polonorum scripsit, facit mentionem, in principio Imperii, Sigismundi primi, Regis Poloniæ, nobilem quendam Jacobum Melstinski, prætorem de Brzezinii Ciuitate, ex leuitate quadam animi, seu potius desperatione, nomen authoritatemque sibi Christi adsciuisse, Petrumque Zatorski, Ciuem Cracouien, cæterosque sibi similes latrones duodecem, secundum numerum Apostolorum elegisse, singulisque nomina Apostolorum imposuisse, se vero Jesum Christum appellasse. Qui per Villas ubique ambulantes, prodigia mortuorum, et præstigiatorum more exercebant: sycophantasque alios, et latrones, uelut mortuos subordinantes, suscitabant: pisces in paludes lutosas, primò impositos, ubi eos nunquam nasci possibile erat, in nomine Christi sui, manibus capiebant: panes in fornaces imponebant, in nomine Christi, cum illic ante non essent depromebant, cum ingenti simplicis Vulgi admiratione.

Melstinski se fore Christum finxit.

Quodam tempore, ad Czestochouiam Monasteriũ Diuæ Virginis imagine celebre, prædictus Christus, cum suis Apostolis, ubi adhuc ignotus erat, venit, cumque illinc aliquot diebus moraréntur, Unum ex suis, quasi obsessum à dæmone, subordinauerunt, cuius opera victum acquirebant, cum sua coquina carerent: ille enim quasi dæmoniacus, per hospitia, diuersoriaque ambulans, carnes de coquinis rapiebat, in suosque proiiciebat, qui cruce illas munientes carnes, comedebant. Illic autem ingens erat confluxus populi, tum temporis, ad Diuæ Virginis imaginem, quæ ibi perinde ut apud nos in Loreto miraculis celebris est. prædicti itaque sycophantæ, illum obsessum suum, ad alta

Latrocinium insigne.

re Diuae Virginis ducunt, duplici veste ad id studiò praeparata indutum, in cuius intercape dinem, necessaria imponere posset: lapillos uerò intra indusium à corpore ei imposuerunt, eumq ad altare deduceretur, ille è manibus ducentium furibundus, sese proripiens, in altare oblatio nibus pecuniariis onustum irruit, pecuniasq de altare rapiens, in vestis duplicatae intercape dinem eas imponebat. Monachus uerò, ab altari diuino officio intermisso aufugit; caeteri Monachi stupidi accurrentes, Cingulum illius resoluunt, putantes eam pecuniam intra indusium posuisse: sed lapilli duntaxat, quos ante studiò imposuerant in terram excederunt: pecunia uerò in veste duplicata remansit. Monachi igitur maesti, pecuniam arte daemonis in lapillos transformatam putantes, exorcismos, orationesq supra lapillos sine intermissione fundunt: ut deinde in pristinam formam transformarentur, sed cum lapilli immutati, in sua forma perseuerarent, Monachus librum Agendam (ut dicitur) indignabundus in terram proiecit, dicens: Adhuc talem daemonem nunquam experti sumus, abite cum eo ad omnes daemones.

Exorcismi supra lapillos.

Hoc latrocinio, praedicti Sycophantae, perpetrato, cum illa pecunia vectâ in Silesiam vicinâ Poloniae peruexerunt, simplicem vulgum suis praestigiationibus seducentes, vbi ad quandam matronam nobilem, in quodam pago diuertentes, dicunt ad illam: Christus te cū suis Apostolis visitat ô mulier, ideo te offer illi, et saluabitur anima tua. Illa uerò virum non adesse domi, in cuius absentia id sibi non liceve, respondit. Cui Apostoli dixerunt: Habesne mappas, uel telam ad Sacrificandum? Mulier uerò ligaturam telae illis obtulit. Qui dixerunt, hanc nobiscum accipiemus, Christusq tibi benedicet, vt tibi linum abundantiùs crescat, ostende aliam si habes telam: quam cū similiter accipere volebant, Mulier dixit: Non dabo vobis hanc, maritum enim timeo. Illi autem frustulum fomitis cū igne telae inuoluentes, mulieri reddiderunt, quam illa nihil suspicans, in cistam reposuit. Itaq cista à tela, à cista uerò domus accensa, in flammam abiit. Vir igitur illius vxoris reuersus, domum conflagrantem inueniens, causam sciscitatur, cui vxor se malè Christum cum suis Apostolis tractasse respondit: ideò hanc plagam iustè in se permisisse. Vir autem ira excandescens, latro hic nequissimus non Christus fuit. Ideò cum vicinis malefactores persequitur, quos in quadam villa insequuti sunt. Ille itaq pseudo Christus re animaduersa, ad illum qui vocabatur Petrus, dixit: Petre iam mea passio, calixq quem bibiturus sum, appropinquat. Cui Petrus: Et mihi vt video imminet Domine. Christus uerò dixit: Petre ego aliter non possum, nisi per fenestram hinc euadere. Ad quem Petrus: Et ego te quo ad viuam non derelinquam Domine, sed quocunq tu fugeris, sequar te. Sicq ille Christus, per fenestram, Petro sequente aufugit, caeteri quoq Apostoli, quà potuerunt euaserunt. Quos villani, unâ cum suo Christo insecutos, et undiq circumuentos, baculis, fustibusq prostratis caedunt, dicentes: Prophetiza nobis Christe, cum tuis Apostolis, qua in sylua hi baculi creuerint. Sicq plagis emendati, vitam suam poenitentiam agenter postea emendarunt, dicentes: Difficile est nobis Christi passionem, Apostolorumq tormenta subire.

Aliud Latrocinium pseudo Christi.

Fuga pseudo Christi.

Pseudochristus cum Apostolis baculatur.

Anno Dñi. 1617. In Germania, Luterani, anni Saecularis, seu decursu Saeculi, à die vltima octobris, quo Luterus, instituta disputatione publica Vuitembergae, fundamenta suae haeresis iecerat, celebrauit festiuitatem, indictam ab Electore Saxoniae, Joanne Georgio. Qui etiam Monetam auream, hinc cudi fecit, cum talignome: Saeculum Luteranum.

Saeculum Luteranū.

STANISLAUS NIEDZIELA. S. TH. BACC:
Nonus Conventus Canonicorum Regularium Lateranensium, et Ecclesiæ SS: Corporis Christi Præpositus.

Iustis Ioanni Niczkoni persolutis, Fratres de successore solliciti, dum quem in locum defuncti eligere deberent cogitant; ecce fausto, et felici omine, Stanislaum Niedziela dictum, Casimiriâ hac oriundum, S. Theologiæ Baccalaureum, absentem, in Vratislaviensi conventu Abbatiali tunc commorantem, Congregationi suæ fata dedere. Hic clarissimus, et de literis benè meritus Vir, in his quæ ad cultum Dei, decoremque domus eius spectabant, cœpit suæ sollicitudinis Domino offerre primitias: susceptum enim munus, ita post suum ingressum gerere cœpit. Inprimis pomarium Monasterii, muro circumduxit. In Villis Luzyskowice, Swostowice, et Kamien, prædia ædificavit. Reliquias sacras thecis argenteis inclusit. Cruces argenteas deauratas, ab Vngaris coemit. Turrim supra Capellam B. Mariæ Lauretanæ, cum campanis fortuito incendio olim exustam, ædificavit, novasque campanas, præcipuè duas Maiores, Vnam quæ Vocatur hucusque communi cognomine Dziad, et alio nomine Stanislaus: et alteram Minorem dictam Baba, alio nomine Augustinus, comparavit: nec non supellectilem Ecclesiasticam auxit. Pro his structuris habuit pecuniam, ex Venditis duabus Aulis, cum hortis adiacentibus, penes Ecclesiam S. Laurentii, Iudæis, (quas olim in perpetuum donaverat quidam aulicus Regius Monasterio nostro) pro duobus millibus florenorum in auro: quibusdam paucis conditionibus iisdem Iudæis impositis; scilicet ne fores ac fene

Operosus pater familias.

Ex msc. Christophori Zoziewski

Praepositus vendidit areas duas Judaeis.

stras habeant versus Ecclesiam S. Laurentii, et plateas christianorum, sub poenis certarum marcarum reponendis, quotiescunque in ius vocati, et convicti fuerint. In eodem loco Judaeis vendito, traditur in terra defossum esse calicem, ex grandi lapide excisum, ad perpetuam rei memoriam, quod hae areae quondam ad Ecclesiam pertinerent.

MS. Conv. Consules vendiderunt areas Judaeis.

Sub id etiam tempus, Consules Casimirienses, vendiderant Judaeis aream, in qua erat publicum stabulum equorum, penes ipsam antiquam Judaeorum synagogam. Nec non, et aliae areae ex opposito Monasterii, venditae erant Judaeis; praecipue Lapidea DD. Nobilium Jordanorum, ad ipsos muros Casimirienses versus Vistulam, quae lapidea ad instar Ecclesiae desuper cum columnis, ex cocto lapide aedificata erat, cum hortis et areis suis. In ea etiam lapidea erat capella, et imagines salvatoris et sanctorum, in parietibus depictae. Quae loca omnia Judaei occupaverunt, et in illis domicilia construxerunt.

Ex Monasterio Curozwencensi fratres pulsi.

Sub huius praepositi Regimine, Defuncto Francisco praeposito in Kurozwęki, duo fratres relicti, a Nicolao Lanckorownski haeretico, haerede in Kurozwęki, pulsi, Cracoviam ad suum Conventum redierunt; Domus Monastery à Ministro haereticorum occupata, et Vasa sacra Ecclesiae direpta; ipse haeres agros Ecclesiae, Curiae suae adiecit, et impie occupavit. Post viginta quatuor annos, Stanislaus Maniecki Praepositus SS. Corporis Christi, citavit haeredem oppidi Kurozwęki, ad Tribunalitium Regni, de sacrilega bonorum Ecclesiae occupatione; post agitatam causam, decrevit Judicium, 26 millia florenorum, dare Lanckorownscio haeredi in Kurozwęki, suae Ecclesiae Curozwacensi, spoliatae; et agros reddere: Verum ad instantiam Petri Myszkowski, Episcopi Cracovien., Praepositus solum sexcentos accepit florenos, respectu haeredum, qui eidem Monasterio, et Ecclesiae, multa bona facere promittebant, et nihil huiusque fecerunt, nec eosdem agros reddiderunt, sed in agris Conventus ex opposito Areae suae Curiam constituerunt, et alios agros inter cives valde strictos dederunt. Post reconciliatam illam Ecclesiam, et ab haeresi expurgatam, primus ibi praepositus constitutus, Paulus Zychło, Concionator Ecclesiae SS. Corporis Christi.

A. D. 1547. Confraternitas Conceptionis B. V. M.

Anno Domini. 1547. Cum ad Capellam B. Virginis Mariae, Eccl. nostrae SS. Corporis Christi, frequens populi concursus devotionis gratia confluere coepisset, et propter indulgentias, quas D. Praepositus, impensis Societatum, Textorum, et Lanionum, ad eam Capellam, à sede Apostolica impetravit; Confraternitas SS. Corporis Christi, quae tum erat simul cum Ecclesia fundata, suum mutavit titulum, Confraternitasque B. V. Mariae Conceptionis vocari coepit.

Anno Domini. 1551. Fames gravissima, totam Poloniam vexavit.

A. D. 1555. Pestis.

Anno Domini. 1555. Pestis Cracoviam, et loca adiacentia pervagata est, multosque mortales ex hoc saeculo sustulit. Tunc horribile erat visu, horatim funera per plateas exportari, et ubique planctu, ubique gemitu exaudiri. Illic matrona viros, illic viri uxores deflebant: illi natos, illi parentes, alii fratres, alii amicos desiderabant.

Anno Domini. 1556. Ob nimium Solis calorem, et inde prouenientem siccitatem terrae, sic annus grauissimus extitit. Vnde euenit, tertia die Mensis Maii, ignis fortuitus, primò stradomiae accensus, combussit omnes domos, et Hospitale S. Hedwigis, cum tecto templi; et claustrum cum tecto S. Agnetis. Quem ignem concepta Ciuitas Casimiriensis, tota ferè combusta est, praeter circulum Caninum, et Judaeos. Monasterium S. Catherinae, cum templo ac campanis exustum, omnia altaria igne consumpta, et fornices Ecclesiae superiores corruerunt. Prouincialis eiusdem Monasterii, cum sex Monachis, in sacristia fumo suffocati. In Ciuitate verò, Sebestianus consul Casimirien, cum tribus ex familia: et Stanislaus dictus Rosseh, consul quoque Casimirien, in domibus propriis interierunt. Sub id tempus, turris cum quatuor campanis Ecclae nostrae SS. Corporis Christi combusta, in quo loco, Stanislaus Niedziela praepositus, turrim nouam, cum campanis, ut supra dictum est, excitauit, et comparauit. | A. D. 1556. Stradomia Casimiria combusta. M. SS. Corp. in libris antiquis Bibliothecae.

Anno Domini. 1569. In Maio, in festo S. Vitalis, nix magna et copiosa cecidit, et tribus dieb. permansit. | A. D. 1569.

Anno Domini. 1572. Hyems asperrima, ab octobre usque ad conductum paschae, sine intermissione durauit, ita ut aqua in aerem effusa, prius congelaretur, antequam terram attingeret. Ita Mechouius in Chron. sua Miechouien. | A. D. 1572. Hyems asperima.

Anno Domini. 1574. Grando horribilis cecidit, segetes conuulsit, vnde secuta est fames.

Anno Domini. 1579. Verum quoddam mirandum accidit; Mulier Judaea, enixa est uno partu monstra; puerulum ut digitus viri, glirum cum longa cauda, et quinque aues, et quodlibet horum separatim; post duas septimanas mortua Judaea. | Monstrum. A. D. 1579.

Circa haec tempora. Cum Stanislaus Niedziela praepositus, iam extrema senectute, et veneranda planè canitie, conspicuus esset; Petrus Mysthowski Episcopus Cracouiensis, Stanislaum Maniecki, Notarium causarum suarum, Diaconum, (cum intentione promotionis ad praeposituram, quam subticuerat) commendauit ad Nouitiatum; deinde breui, post professionem, in Coadiutorem praepositurae obtrudere voluit. Quod cum viderent Fratres Canonici, aulicos insolita exarsisse ambitione, et operam suam interponentibus Episcopi, ad dignitates aspirare, aliquandiu siluerunt, neque moreso lito ad electionem coadiutoris, (etiam tunc viuente, et contradicente Stanislao Niedziela praeposito) progrediendum sibi existimarunt: rati, interposita aliqua temporis intercapedine, prauas cupiditates, et ambitiones tepescere posse. Verum cum importunis precibus, et instantiis Episcopi, perturbarentur saepius, expugnati fratres, eum cum conditionibus et protestationibus acceptarunt; de quo in publico Instrumento Anno Dni 1582. die septima mensis septembris, confecto, latius patet. | Ex M.S. Commentus. Coadiutor obtruditur. A. D. 1582. V. fol. 24 et 299

Anno Domini. 1582. Stanislaus Niedziela praepositus, aduersa correptus Valetudine, sumpto prius salutis nostrae Viatico, in fata concessit, cum praefuisset annis Triginta octo. Sub huius regimine, Fratres obierunt hi. | Obitus D. praepositi.

Obitus Fratrum.

1. D. Nicolaus Kocsan. presbyter. A.D. 1545.
2. Dnus Sigismundus. presbyter. A.D. 1546.
3. Dnus Petrus Prasnisz. presb. Eodem anno. 1547.
4. Dnus Petrus presbyter. A.D. 1549. procurator Domus.
5. Dnus-Valentinus Casimirien. presb. A.D. 1550. Prior.
6. Dnus-Florianus. presbyter A.D. 1551.
7. Dnus-Benedictus Clepardien. Anno Dni. 1551. presb. sacristianus.
8. Dnus-Nicolaus Conversus de Liglas. Anno Dni. 1558.
9. Dnus-Albertus Prior presb. A.D. 1553.
10. Dnus-Iacobus Rymar presb. Anno Dni. 1554.
11. Dnus-Gregorius de Myslenice presb. capell. s. Lauren. A.D. 1554.
12. Dnus-Martinus presbyter. A.D. 1555. peste. Vicepraedicator.
13. Dnus-Petrus presbyter. Eodem anno. peste. Mathias presb. Mensicarius. 1556.
14. Dnus-Joannes presb. eodem anno, peste.
15. Dnus-Andreas presb. A.D. 1556.
16. Dnus-Andreas ex noua sadecz presb. A.D. 1558.
17. Dnus-Laurentius presb. Anno Dni. 1562.
18. Dnus-Gaspar presbyter. sacristianus. Anno Dni. 1563.
19. Dnus-Joannes presbyter. praedicator. Anno Dni. 1563.
20. Dnus-Joannes Schwab presbyter. A.D. 1564. in Febr.
21. Dnus-Joannes de Radomsko. presb. Anno Dni. 1565.
22 Dnus-Petrus. presbyter. Hortulanus. Anno Dni. 1565.
23. D. August. Joannes de Brzostek. presbyter. A.D. 1565.
24. Dnus-Blasius de Radomsko. presbyter. A.D. 1568.
25. Dnus-Joannes de Tyczyn. presbyter. procur. Molen. 1572.
26. Dnus-Albertus de Kurozwęki. presbyter. dictus haluza.
27. Dnus-Joannes Sociński presbyter. A.D. 1577. Cracovien.
28. Dnus-Mathias Casimiriensis. presbyter. procurator Molendin.
29. Dnus-Stanislaus. presbyter. praedic. et sacrist. A.D. 1578.

Ex Conventu Crasnicen.

Mathias Prerowski. presbyter.
Joannes Myslouius. presbyter.
Albertus presbyter.
Andreas. praepositus Crasnicensis. presb. A.D. 1561.
Joannes. presbyter multis annis dispensator.
Valentinus. presbyter.

Anno Domini 1549. Studiosi Academiæ Cracovien[sis], scholis desertis, et monitis præceptorum spretis, tumultuarie ~~[illegible]~~ ad unum omnes, Urbe excesserunt, cantantes illa verba Salvatoris: Ite in universum orbem etc. et ad scholas Hæreticorum diversas abeuntes, totam postea Poloniam erroribus Novatorum infecerunt, et hæc transmigratio facta est, propter studiosum iniuste ad necem damnatum, à Magistratu Cracoviensi. Ita Stanislaus Bielanowski, in Vitis Episcoporum Cracovien.

Studiosi omnes deserunt Academiam Crac.

VITA Valentini Kuczborski Canon. Regul.

Valentinus Kuczborski, professus domus n[ost]ræ presbyter, Missus ad Conventum Bychoviensem in Lituaniam, quod extat in Alba Russia. Vir virtutibus, vitæ integritate, pietate, percelebris. Verbi Dei prædicator indefatigabilis. Silentii et vitæ solitariæ amantissimus. Conversationem, non solum mulierum, sed etiam virorum vitabat. Vitam Eremiticam colere summopere desiderabat, quam cum impetrare à Superioribus non posset, tacite fugit in eremum, in fines Moscoviticos, ad fluvium Niesbrdecbum; verum conquisitus, et ad Conventum revocatus, ne à Schismaticis occideretur. Tamen breve post tempus, instanter dum petit manere in eremo, concessum est illi manere in sylva propria Conventus, ad stagnum adiacentem villæ conventus, dictæ Ozierany, ubi pane solo, ab incolis illius villæ sustentabatur. Deinde propter frigus illius regionis vix tollerabile, ad Conventum revocatus, in cella frigida, Scripturam Sacram legendo, meditando, exercitia spiritualia faciendo, manebat. Tantæque humilitatis erat (quod de illo singulare narratur) quod cum esset consanguineus Episcopi, se esse nobilem negabat. Obiit in Conventu Bychoviensi. Anno Dni. 1624. die 2. Martii. Teste Christophoro Zoniewski, præposito eiusdem Conventus. Cuius etiam vitam, Petrus Hyacinthus Pruscz, in libro, Forteca duchowna krolestwa polskiego, scripsit.

Anno Dni. 1619. Gregorius XV. Papa. B. Joachim, Patrem Beatissimæ Virginis Mariæ, die 20 Martii celebrari iussit. Item. Quæstionem diu agitatam, quod B. V. Maria fuerit concepta, absque peccato originali, definivit.

B. Joachimi festum. et Conceptio B. V. M.

Anno Dni. 1624. Romanus Pontifex Urbanus VIII. Jubileum sacrum Romæ celebrandum hoc anno indixerat, et pridie Nativitatis Christi, descendens ad ostium Basilicæ S. Petri, portam sanctam ritu solemni visitato aperuit. Quam ceremoniam Vladislaus princeps Poloniæ, (qui postea erat Rex Poloniæ Vladislaus IV. nuncupatus) præsens spectavit, et beneficium obtinuit, à summo Pontifice, ut in manus sumeret S. Veronicæ linteum sacrum, in quo Christi Domini Crucem gestantis, facies verberibus fœdata, ad vivum opere Divino, cernitur expressa. Cum vero nulli liceat, illud sacrum depositum attingere, nisi sit Canonicus Basilicæ illius sancti Petri, debuit princeps, (ut olim Carolus V. Imperator) assumere titulum, Canonici S. Petri, et vestiri clericali habitu, ac ita demum sumere in manus illam effigiem.

Jubileum.

Effigies Christi. S. Veronicæ

Anno Dni. 1645. Torunii dissidentes in Religione Christiana, cum licentia Regis Vladislai, provocaverunt ad colloquium, seu disputationem publicam Catholicos. Quo sub finem Augusti inchoato, Regis Legatus, Dux, Georgius Ossolin

Torunii colloquium Dissidentium cum Catholicis.

ski, Archicancellarius Regni, in primo consessu, satis praeclare de vera fide Catholica dixit. Ad hoc colloquium, frequenter aderant, et Catholici Theologi, et Lutherani, Caluini etiam ex Germania Dogmatistae, ac excludebant a suo consortio Arianos, Anabaptistas. Sed toto tempore sessiones illas, in quibus prae sidebat post discessum Archicancellarij, alter Legatus Regius, Joannes Lesczynski, Castellanus Gnesnensis. Georgius Tyszkievicz Episcopus Samogitiae, pro Catholicis. Zbigneus Goraynski, Castellanus Chelmen pro Dissidentibus. Sed non nisi, circa introductiones propositionum, varijs ambiguitatibus, a Dissidentibus iniectis, trahebantur ad medium Nouembrem, finieruntque. Extant Acta illius colloquii, typis diuulgata: de fructu vero ipsorum, iudicabunt Anni consequentes.

Anno Dñi 1633. die 6 Februarii. Vladislai IV. Regis Poloniae electi, in Pontificali Basilica Cracovien. peragebatur ritus Coronandi consuetus. Circa Coronationem accidit, quod cum ad Archiepiscopum Gnesnensem tractare diuina pertineret, Gnesnensis Ecclesiae Canonici, praeferri se Cracouiensibus in eo volebant, vt assisterent ad talem functionem suo Archiepiscopo, ne ab eo vti membra, a suo capite diuellerentur. Cracouienses vero in propria Eccla, non alteri quam sibi, primas partes deberi, omnemque tractationem diuinorum, nemini alteri incumbere asserebant: aliterque non potuit dirimi tunc illa lis, nisi ut permisti (plures eorum habebant dignitates in vtraque Ecclesia) ministrarent Archiepiscopo, iure cuiusque saluo, et iudicis definitioni reseruato.

Lis inter Canonicos Crac. et Gneshen.

Subid temporis, Dissidentes in Religione commouerat, quod Archiepiscopus stantem iam ad altare Regem initiaturus monuerat, solam Catholicam Romanam fidem, Regia in Polonia sceptra tenere, eaque Regibus dare, et propterea Reges ad altare Catholicum sacro oleo perungi: Vt memores accepti ibi muneris, et honoris, fidem Catholicam defendere, et propagare debeant. Verum hae querelae et motus, continuatione sacrorum, interruptae fuerunt.

Motus haereticorum

Subid temporis. In funere Sigismundi III. Regis, et Reginae Constantiae Austriacae, eius vxoris, in processione Episcoporum Regni, et Nuntio Apostolico: aderant et Episcopi Graeci ex Russia, Ecclesiae Romanae sociati, quos collegium Basilicae Cracouiensis pontificalis, usque Nuntio Apostolico deprecante, aegre permisit Episcopus Regni Senatoribus in incessu proxime coniungi, eum locum non alteri, nisi sibi deberi contentiosius affirmans. Abbatibus vero, nulla ratione concedere voluit, ut primo loco incederent, sed permisit ordini collegiali, vel prout quisque habere locum in illo collegio, vt Tinecensis, claraetumbae Abbates habent, et Praepositus Miechouiensis.

Altercatio in processione.

Post Coronationem Regis, Dissidentes a Religione querelas suas iterabant, Verum a Rege et ab Archiepiscopo moniti, Quia ea quae sub Interregno, et circa Electionem Regiam haereticis, pro bono pacis concessa fuissent, Vim legis perpetuae habere non possunt. Hoc audito quieuerunt.

Iterum motus haereticorum.

STANISLAVS. MANIECKI. I.V.D.

Decimus Conuentus Canonicorum Regularium Lateranensium, & Ecclesiæ SS: Corporis Christi Præpositus.

Stanislao Niedziela, rebus humanis exempto, iterum
cum conditionibus iuramento confirmatis, Stanislaus Maniecki,
à Capitulo Fratrum susceptus. Nobilis hic gente, et genere fuit,
familia ea ortus, quæ gentilitium stemma Łodz habet. Vir con
silio et suo maturus. Tractandorum tam Ecclesiasticorum, quàm
etiam politicorum negotiorum experientia, (quam ad latus Episcopi
Cracovien. Petri Myszkowski, manendo, longo rerum usu sibi compara Labores eius.
uerat) præstans. Cuius singularem doctrinam, et mores optimos, iam MSS. Conuentus.
benè antea perspectos cum habuisset Episcopus, breui Vicarium su
um in spiritualibus, et officialem generalem, diœcesis suæ Cracou.
fecit: quo officio per annos quatuordecem continuos fungebatur.
Usi sunt huius præpositi consilio, et authoritate multi, in Visita
tionibus, commissionibus, et aliis. Libertatum Ecclesiæ suæ acerri
mus defensor extitit, nam cum quidam auaritiâ inexplebili, Mo
lendina Monasterio nostro adimere contenderent, cum Episcopo Cra
couien. Varsauiam profectus, in Comitiis generalibus Regni, à
Stephano Bathoreo Rege Poloniæ, eorundem Molendinorum Con
firmationem obtinuit. Ecclesiam Czurzwacensem ab hæresi Vin
dicauit. Domos Ecclesiæ suæ attributas, contra Consules Casimi
rienses strenuè defendit, pro hac lite, plusquam tria millia floreno
rum expendendo. Tecta Ecclesiæ et Monasterii resarciuit. Pin
naculum supra tectum Ecclesiæ, cum campanulis duabus, de nouo

exstruxit. In villa Kamień capellam cum campanis, item Curiam, et puteum in horto, de lapide secto, erexit. Super valvas maiores, seu introitum Ecclesiae, seu super ingressum templi, erexit fenestram grandem, pro cuius exstructione, Centum et decem Imperiales, expendit.

pestis. A. D. 1588.

Anno Domini 1588. Pestis Cracoviam, et loca propinquiora invasit, multosque mortales, de hac luce subtraxit.

Anno Domini. 1589. Inundatio Vistulae, plurima damna intulit.

pestis.

Anno Domini. 1592. Iterum pestis gravissima, toto anno grassabatur.

A. D. 1593. Moniales dictae Klepki. A PP. Bernardinis hic ad tempus locatae.

Anno Domini. 1593. Moniales tertiae Regulae S. Francisci, dictae Klepki, quae in lapidea aciali, post hortum Monasterii nostri, eundo ad Ecclesiam S. Laurentii, ab Anno Dni. 1551. manebant, et aliquando numerabantur tredecem, de laboribus manuum suarum victum habentes, hoc anno, iussu et mandato Episcopi Cracoviensis, et Superiorum suorum, Stradomiam, ad Ecclesiam S. Bernardini, coactae, translatae sunt, et ibidem husque commorantur.

Organa Ecclesiae nostrae igne consumpta.

Anno Domini. 1595. Incendio fortuito, domus aliquot prope Ecclesiam nostram SS. Corporis Christi, consumptae, quo incendio, Ecclesiae nostrae Organa absumpta sunt, die 9. Decembris.

Sub id tempus, Stanislaus Maniecki, Praepositus, coepit ab observantia regulari defervescere, vita enim functis Conservatoribus, Consanguineos suos, in adiutorium regiminis sui, et administrationem bonorum Omnium Conventus assumpsit: hinc facile desolatio praediorum, sylvarum, agrorum depopulatio irrepsit: in Monasterio paucitas victus; observantia regularis neglecta; fratres murmurantes, quilibet, ignavi, et desides, secundum desideria sua ambulantes, uno verbo, Res omnes in pessum ibant. Quod cum aliqui sustinere non possent, a suo Monasterio discesserunt, ad aliam religionem, mutato habitu transeuntes. Ob quam causam facta est

Visitatio Conventus.

Visitatio Ecclesiae, et Monasterii bis, a Georgio Radziwilo Episcopo Cracoviensi, et Cardinali S. R. E. in Anno 1596. et 1597. Hac tamen Visitatione, et mandato Episcopi, Consanguinei Praepositi, non erant ex integro sequestrati.

pestis A. D. 1599.

Anno Domini. 1599. Pestis. et Caristia frumentorum, et lues pecorum, unde butiri, casei, et carnium ingens pretium. sequenti anno scilicet 1600. iterum pestis recruduit, et multos mortales absumpsit.

A. D. 1601.

Anno Domini. 1601. Pestis tertio, qua multi Cracoviae, et per oppida et villas obierunt.

A. D. 1605.

Anno Domini. 1605. Cometem per tres menses, scilicet Octobrem, Novembrem, Decembrem, arsisse, et in nubibus apparuisse, futuri mali praenuntium, a Scriptoribus huius Aevi perhibetur; nam post hunc, bellum cum Moscho secutum.

Eodem Anno quo sup. Stanislaus Maniecki praepositus, paralisi tactus, nec non et ob continuam podagrae infirmitatem, in lecto decumbere caepit. Quâ re cognitâ, quidam Paulus Zycko, domus huius professus, pro tunc autem praepositus Curzwacensis, venit ad Monasterium SS. Corporis Christi; et in Capitulo, praeposituram suam resignauit, fingendo se velle in loco professionis pacificè viuere: assentientibus illius postulationi fratribus, breui per Canonicos Cracouienses, apud Episcopum Cracouien.|| [illegible] tacitè egit, vt in Coadiutorem Stanislao Maniecki praeposito decumbenti eligeretur. Sollicitabur ergo variè per Canonicos, tam praepositus, quàm Capitulum, ut illum in Coadiutorem vellint eligere: at cum aversos animos ab hac electione vidisset Episcopus, propria authoritate, per suos Commissarios, conuocatis ad capitulum fratribus, Paulum Zycko in Coadiutorem obtrusit. protinus sequenti die, solemniter coram Illmo D. Claudio Rangonno, Nuntio Apostolico, fratres cum praeposito suo, protestati sunt, miseruntqz Romam ad sedem Apostolicam, ne confirmationem Coadiutoriae Paulus Zycko obtineat. Interea Coadiutor intrusus, bona Ecclesiae et Conuentus occupata, dilapidat, fratres leui de causa concepto semel odio turbat, praeposito in lecto decumbenti necessaria denegat, imò verbis scurrilibus, et iniuriosis afficit; arbores in Syluis ad aliquot millia florenorum excidit, et vendit, et donat etc. ob quam causam Anno sequenti scilicet 1607. mittitur Romam, impensis Monasterij Adamus Sibouius, prior Conuentus, qui Generalis Canonicorum Regularium Lateranen. fretus auxilio, omnia Sedi Apostolicae retulit, atqz super hoc negotium, Commissionem Illmo D. Francisco Simoneta Nuntio Apostolico attulit.

Praepositus paralisi tactus.

|| Petrum Tilicki

Coadiutor intruditur.

A. D. 1607.

Interim ex itinere, Adamus Sibouius prior contraxit morbum, et Cracouiae in platea S. Joannis decumbens, in festo SS. Innocentium, ultimam diem clausit. Sepultura prae timore loci ordinarij, causam Pauli Zycko sustinentis, non statim traditur, donec mandato Nuntii Apostolici, qui tum Cracouiae erat, ab omnibus Religiosorum processionibus Casimiriam deductus, honorificè ad Cancellos capellae B. Stanislai Casimiritani, nunc in ingressu chori presbyteralis, ad cornu altaris S. Saluatoris, lapide grandi superposito, qui hucusqz super eius sepulchrum positus iacet, sepelitur. Vir opinione sanctitatis clarus. De quo Joannes Gelasius Zorawski, Conuentus huius professus, et exorcista, testatus est. Quoties enim volebat experiri, An aliquis Energumenus ad eum deductus, verè esset à daemone obsessus, deducebat eum ad sepulchrum huius praefati Adami Sibouii. Si verè erat obsessus, dicitur clamasse: Urit me Adamus hoc loco sepultus. Neqz etiam hoc est omittendū, imò pro memoria futurorum notandum. Anno Dñi. 1660. Ad Ecclesiam nostram SS. Corporis Christi, venit quidam nobilis ex Maiori Polonia, mediocris fortunae, cum puero, a daemone obsessus, ingressus Sacristiam, et cum coram Priore Conuentus, qui tūc erat in Sacristia omnes suas calamitates enarrasset; prior, iussit Sacristianum, quasi honoris ipsius nobilis gratia, deducere illum ad Ecclesiam, et inter alia colloquia deducere eum in sepulchrum Adami Sibouii, et ibi subsistere. quod cū fecisset Sacristianus, mirum est, ut primum ingressus ille nobilis locum sepulturae, protinus ex lapide exiliit, dicens: Non possum hic diu subsistere,

Protestatio.

Adamus Sibouius vitae Sanctimonia clarus.

nam iste lapis quasi igne succensus, mihi videtur. Refferam et aliud simile, quod accidit, Anno Domini 1668. Cuiusdam Civis Casimirien. Alberti Zistavski, filius duodenis, infasunatus, scholam frequentabat, huic quotiescunq[ue] in processionibus, vel alia occasione, hunc lapidem sepulchri transire contingebat, saepè celeriter transibat. Quaesiter a condiscipulis causam, respondit se maximum inde ardorē sentire; unde de industria, ab aliquot condiscipulis tentus, et vi in locum illum deductus, cum maximo clamore, et resistentia, vix per modicum tempus subsistere potuit.
Sed ad propositum nostrum redeamus.

A. D. 1608. Teste christo phero Łonie nostri professo, qui tunc praesens erat. et in Arcem Seuerien relegatur. Na ten czas przewali nasi w Krymie, y Subiecti sunt Episcopo.

Anno Domini. 1608. Illmus Franciscus Simoneta, Nuntius Apostolicus, Commissarius, demandavit hoc negotium D. Joanni Maria Belletto I. V. D. suae Curiae Auditori generali, clerico Vercellensi. is autem iudicio vitè instituto, omnibus auditis, visis, cognitis causis, paulum Zychlo condemnavit, et decreto, ad faciendam rationem administrationis, et ad restitutionem omnium, à die quo se in administrationem Coadiutoriae ingesserat, coegit. Verum ab hoc decreto paulus Zychlo appellavit Romam, dataq[ue] est iterum Commissio petro Tylicki, pro tunc Episcopo Cracoviensi, qui à Canonicis Cracoviensibus paulum Zychlo promouentibus, malè persuasus, ipse in Monasterium descendit, varièq[ue] fratres afflixit, quosdam enim in carceres conieat, quosdam in Arcem Seueriensem, quosdam ad alia Monasteria nostri ordinis relegavit. Thoman praepositum klobucensem, Monasterio ss. Corporis christi praefecit, qui administravit praepositvram, usq[ue] ad annum Dñi 1610, et mensem Junium, a cuius postea administratione licet invitus, mandato Nuntii Apostolici, sub amissione suae praepositurae klobucensis, amotus est.
Brevi temporis intervallo, fratres decreto Summi pontificis, revocati ad propria, causam Romae promouere non cessaverunt. Citatur Episcopus Cracoviensis; per longum tempus agitatur causa, ex Monasterio plusq[ua]m decem millia florenorum expenduntur, Episcopo ingressus Monasterii interdicitur.

A. D. 1610.

Tandem Anno Domini. 1610. die 25 Junii, Committitur hoc negotium, Romae, duobus Cardinalibus Laurentio Blanchetto, et Joanni Garsias Mellino. sub id tempus, a festo ss. Apostolorum philippi et Jacobi, paulus Zychlo infirmari coepit, et sensim morbo confectus, in Octava Omnium Sanctorum mortuus est.

A. D. 1611. obitus Stanislai Maniecki praepositi.

Sequenti Anno scilicet 1611. Die 2 Decembris, Stanislaus Maniecki praepositus, Sanctissimis Sacramentis vitè expiatus, cum optima aeternae salutis spe; onere carnis deposito, cessit è vita, exactis in praepositura annis viginti novem.
Absoluto funere praepositi, Capitulum, misit duos ex fratribus, ad Episcopum Cracovien Illm, vt novi praepositi electionem, et tempus peterent assignari. Benignè ab Episcopo excipiuntur fratres, consiliumq[ue] accipiunt, vt non de gremio suo fratrem, sed aliquem saecularem sacerdotem, qui pecunia propria, in Monasterio, et villis desolata reficere posset, et debita contracta soluere valeat, in praepositum velint eligere. Redeunt domum fratres, in Capitulo Consilium Episcopi proponunt, placuitq[ue] omnibus

Capitulariter congregatis, benignitas et consilium Episcopi. Accessit et consilium Hieronymi Beczayski, Archidiaconi Cracovien, quatenus Martino Ktoczynski I.V.D. Saeculari sacerdoti, viro optimorum morum, et probitate vitae clarissimo; Georgii Radziwil, et Bernardi Macieiowski Cardinalium et Episcoporum Cracoviensium, Curiae Actuario; et Francisci Simonetae Nuntii Apostolici Auditori; nec non Biecensi et Chorensi praeposito, et Scalbimiriensi Canonico, hanc praeposituram deferrent; qui iam pro tunc resignatis omnibus Beneficiis, Romam volebat discedere, et ibi ordini Carmelitarum se ipsum mancipare. Libenti animo suscepit Capitulum Consilium Archidiaconi, quatuorque patribus de Capitulo electis, misit ad Martinum Ktoczynski Cracoviam, qui ei fratrum pias intentiones proponeret. Excusabat se cum lachrimis Martinus Ktoczynski, dumque ille luctatur cum studiis hominum, honorem eum sibi deferentium, quanto magis, officium à se depellebat, tantò plus studia fratrum incitabantur ad eum: victus tandem precibus omnium, cessit, non tam hominum quàm Divinae voluntati) grata fuit Episcopo Cracovien, tam praeclari viri electio, quare eam non tantu ratam habuit, verum etiam patrocinium suum electo detulit. Itaque Anno Domini. 1612. sabbatho ante Dominicam Quinquagesimae, ad Ecclesiam SS. Corporis Christi solemniter introductus. Habitum regularem suscepit et portavit, non tamen nisi sexto post introductionem suam anno, professionem Canonicam fecit. die 26. Novembris. Nullos hic vir tum temporis spirabat, et sperabat honores, nullas somniabat dignitates, sed totus pietati deditus, eas concipiebat spes, et hunc gradum quem virtute conscenderet sibi proponebat; nam cum Romam vellet proficisci, ibique ordinem Carmelitarum discalceatorum ingredi, Deus qui exaltat humiles, aliam sternebat ipsius virtuti viam, quae nec cogitantem quidem eò ducebat, quo facilè alios ambitio perducere solet. Sed unde digressi sumus revertamur. Sub Regimine Stanislai Maniecki, hi Fratres, ultimam diem clausisse leguntur. —

Haec, teste Christophoro Zoniewski, qui hoc tempore in conventu Cracovien manebat, professi diaconus, scripta sunt.

Electio novi praepositi.

A.D. 1612.

Andreas de Sądecz, dictus Nowinka. presb. A.D. 1583.
In Religione anno 25.

Ioannes Cracoviensis Prior et Concionator. A.D. 1584.

Salomon Prior. presb. In scribendis psalteriis laboriosissimus. A.D. 1585.
Die 26. Novemb.

1 Blasius Lublinen. presbyter.
2. Joannes Casimirien. presbyter. Anno Dni. 1586.
3. Stanislaus de Kazimierz dolny. presb. A.D. 1588. peste.
4. Petrus Samobilen. presbyter. Anno Dni. 1590.
5. Joannes Mirzyn. presbyter. A.D. 1592.
6. Andreas Ilzen. presbyter. A.D. 1597.
7. Simon Radascovius, Casimirien. presbyter. A.D. 1601. die 31 Julii.
8. Joannes Milewski. presbyter.
9. Alexander Wendzynski. presbyter. A.D. 1603.

10. Adamus Sibouius Boleslauien, prior, et Sacristianus. Romano itinere in causis Monasterii, fatigatur. Anno Domini. 1607.

11. Bartholomaeus de Opressow, prior Conuentus, à paulo Zyslo Coadiutore intruso, oppressus, officioqz Prioratus priuatus, eò, quod ipsius vitam dissolutam arguebat, ex Hypocaustoqz licet Hyer extrusus, in refectorio Communi Hyeme decubuit, et fetoribus fornacis subterraneae extinctus. A. D. 1606. die 6. Martij. vt constat ex libello articulato, a fratribus, et propositio, contra paulum Zyslo, coram Judicio producto.

12. Paulus Zyslo Coadiutor intrusus. A. D. 1610. die 8. Nouemb.

In Conuentu Crasnicensi hi obiere fratres.

Stanislaus Oleppha. presb. praepositus Crasnicen.

Sebastiã. Stanislaus Tarnouius. presbyter.

Valentinus. presbyter.

Martinus de Mielecz. presb. praepositus Crasnicen.

Stanislaus Jedlinensis. presbyter.

Thomas Hortulanus. presbyter.

Compendium Iubilaei. et rerum cognitu dignarum, quae circa eius celebrationem. Anno Dñi. 1603. gerebantur. A Magistro Stanislao Aligritio. phílos. in Acad. Crac. profess. conscriptum. et typis datum.

Jubilaeum Vniuersale. A. D. 1603. Cracouiae.

Clemente VIII. Summo pontifice celebratum est Jubilaeum Romae, per totum Annum, 1602. sequenti anno, ad Instantiam Sigismundi III. Regis poloniae. et claudii Rangonii, Nuntii Apostolici, Episcopi Regii; ac Bernardi Macieiowski Episcopi Crac. pro polonia obtentum. Ad quod Jubilaeum celebrandum, promptissimo animo misit Breue Summus pontifex, vt Cracouiae ad Aedem Deiparae Virginis, dictam in Arenis, peragetur, cum praesertim ad hoc templum antiquitus minores Jubilaei transmitterentur. Fuit haec res S. Regiae M. valdè iucunda, sed quoniam ex causis certis, locum hunc minus fuisse idoneum, ad id perficiendum uidebat, et maximè, cum id templum extra muros Cracouiae situm sit, idemqz angustum: iterum ad sanctissimum literas dedit, vellet tam sacrosanctam et excellentem gratiam, ad Cathedralem, et facilè principem totius Regni Ecclesiam, in Arce Crac., tot sepulchris sanctorum, Stanislai, Floriani, Heduigis, multisqz reliquiis aliorum nobilitatam, decernere, cum et sedes ibidem sit Regia, et alia templa ad opportunitatem. Assensit clementer sanctissimus, aliudqz misit Breue, vt in cathedrali Ecclesia Jubilaeum celebraretur.

In sola Arce Cracou.

Hoc autem Breue procul dubio erat sufficiens, animiqz sententiae S. R. M. correspondens, nisi quod vno tantum mense circumscriptum ac definitum fuerit, intra quod tempus innumerabilis totius Regni hominum multitudo, mandata et praescripta Jubilaei minimè perficere potuisset. Supplicatio itaqz altera à Rege interposita est, quâ S. D. N. permotus, misit tertium Breue, cum facultate celebrandi per tres integros menses. Celebratum ergo est à Dnicã Oculi, id est à die 2 Martii; vsqz

ad die 2. Julii. In ista Ecclesia altaria quinque assignata ad visitandum. Quae altaria per dies 15 continuos, uel interpolatos, visitare praecipiebantur: ad quodque altare. 5. pater nr. et Aue Maria, dicendum. In hoc Jubilaeo, Episc. Crac. primò ante omnia, quosdam spirituales, sacrarum literarum peritos, Administratores eius Jubilaei instituit, qui dubitationes, scrupulos, et casus oes, qui fortè inciderint definirent, non tamen sine scitu et voluntate Episc. Constituit quoque et Confessarios ad audien. in eodem templo idoneos. Hi autem numerabantur septuaginta, conditionis diuersae, viri prudentes, ac benè docti. Sed cu. hi frequentiori populo nullatenus sufficere poterant, cum et ipsa Basilica S. Stanislai tantam capere multitudinem vix posset, placuit iterum eligi alios septuaginta: templa quoque alia in Arce Cracovien. sita, videlicet S. Michaelis et S. Georgii, huic diuino negotio sunt destinata, ut et ingenti hominum multitudini, et ipsis confessariis, melius consultum esset. Quibus omnibus Confessariis, eorumque famulis, sumptibus propriis Epi Crac. mensa instruebatur, per integrum Jubilaei tempus, ibidem in Arce Crac. in domo S. Crucis, nuncupata Rosalia. His autem Confessariis praescripti erant certi articuli, quorum rationem diligentiorem, circa Confessiones habere debebant.

Altaria quinque.

Doctores resolu. casus.

Confessarii 140.

Mensa Confessariis quolibet die instruebatur.

Ibidem in eadem Eccla principali S. Stanislai, sumptio Vener. Sacram. Corporis et Sanguinis Dni, administrari debebat; Cui muneri Episc. Crac. et centum numerum Sacerdotum designauerat, et ne quid ad ipsam sacram communionem deesset, diligentissimè per eos prouisum esse voluit.

Quin ut idem sacrum Jubilaeum, maiori cum deuotione, et incitamento tam peregrinorum, quam domesticorum perageretur, processiones omnium Ecclesiarum aliarum quolibet die per totum Jubilaei tempus indixerat.

Processiones quotidianae.

Cum verò ingens hominum multitudo quotidie expectaretur, Episcopus, rationem habens hocum tenuioris fortunae; Concionatoribus Ecclesiarum id negotii dedit, ut admonerent Cives et incolas Ciuitatis Cracou. Casimirien. Stradomien. Clepardien. Cerdopolis, et aliorum suburbiorum Crac. circumcirca, ut hominibus peregrinis, remotis, et propinquioribus, praesertim pauperibus, ac rerum indigentia laborantibus, Hospitalitatis officium, quàm maximum exhiberent, eos in domos suas hilari ac prompto animo reciperent, omneque genus humanitatis et charitatis christianae ipsis declararent. Ipsa etiam Sacra Regia Maiestas, et Episc. Crac., et Nicolaus Zebrzydowski palatinus Crac., ac Ven. Capitulum Eccliae Cathedralis Crac. aliique ditiores, quin et sodalitates, eò largiores eleemosynas decernere, et rationibus egenorum, non sine eorum consolatione, et gratiarum actione consulere non dubitabant.

Hospitalitas commendata.

Eleemosynas contribuunt.

Pacis autem ac tranquillitatis, et omnium rerum vsui necessariarum curam, in tam frequenti hospitum conuentu, potestas Ciuilis, praecipuam tamen Illmus Sigismundus Myszkowski, Marchio de Myrow, ex mandato Serenissimi Regis gerebat.

Pax et tranquilitas procurata.

Et in primis. Prima die, id est 2. Martii, Missa de Spiritu S. celebrata est solenniter, praesente Rege, et primoribus Regni: postero die, Rex pro sua insigni pietate, ipse ferè primus, altaria obibat, nec postea intermittebat, donec quindecim dies ex praescripto decurrisset. Hoc exemplo permoti caeteri, tam senatores, quàm ordinis alterius cuiusque homines, per 15 dies integros, prout Dnus cor cuiusque inspirauerat, durabant, omniaque mandata Jubilaei religiosè exequebantur. Hic stimulus, et confraternitatibus, et Religiosis, et multis nobilibus, ciuibus, et Matronis, quae remotiori locorum interuallo Cracouia distabant, fuit insignis; nam processionaliter Canticu. de B.V.M. dictum Bogarodzica, et Litanias, et alios hymnos Catholicae fidei, psallentes, in Arcem ex ordine progrediebantur, omneque deuotionis genus

~~Rex~~ visitabat altaria.

prȩscribebant. Videre erat, totas et integras parochiarum Congregationes, cum suis sacerdotibus, per aliquot milliaria Cracouiam aduentasse. Videre erat et alios variorum ac diuersorum Statuum, conditionum, Sexuum, atq Statuum homines, viros illustres, nobiles, municipes, matronas, virgines, pueros, senes, ex longinquioribus, prȩsertim S.R.M. ditionibus, id e Lituania, polonia, Russia, Liuonia, venientes, alios etiam ducenta milliaria polonica, vel Germanica, itineris, pedibus confecisse, et sumptui ac valetudini non pepercisse. His ergo et aliis nominibus, tam immensa multitudo hominum Cracouiam confluxerat, vt non solum Arx Cracouien, aut Ecclesia cathedralis, sed vix tota Cracouia, Casimiria, Clepardia, et alia longe lateq patentia suburbia, tot homines capere potuissent. Tanta illo tempore, tam feruens deuotio hominum, tanta contritio, tot suspiria, tot lachrimae, totq illi pȩnitendi modi extiterunt, ut propemodum pȩnitentias Niniuitarum aequari potuissent. Nam si animo reuoluamus,

Pȩnitentes in Jubileo.

ipsas processiones, pars deferebat saccos lugubres, rudiori filo contextos, nudis pedibus, se veriori disciplina, partim flagellis, partim virgis, se se per totam viam, ad sanguinem usq corrigentes: pars eorum vestigiis insistentes, variarum conditionum homines, vel cateruatim, vel distinctim, sine intermissione, eundo et redeundo orabant, et peccata lachrimis feruentibus eluebant. Prȩdicatores autem sic ordinante Episcopo, quotidie finito Completorio, perorabant, ac populo stimulos ac faces, ad ea omnia feruentius transigenda adhibebant, aliis enim abeuntibus, alii semper succedebant. Neque etiam Confessarii, tan

Aliis Ecclesiis Jubileum communicatum.

tȩ multitudini expediendȩ sufficere poterant, quin et aliqui eorum prȩcipui viri, ex labore nimio, vitam cum morte commutarunt: inter quos numeratur Adm R.D. Joannes Barski Archidiaconus Cracouien I.V.D. Eoq res deducta est, ut Rdsmus Episcopus necesse habuisset, eam Jubilei gratiam, aliis quoq Ecclesiis, videlicet B.V.M. et S.

Prȩ labore Confessarii mortui nonnulli.

Barbarȩ. SS. Trinitatis, D. Francisci, ac ordinis Bernardinorum communicare; ea tamen lege et conditione, vt homines in istis Ecclesiis confessi, ac sacra communione refecti, in Arcem tamen, et Altaria visendi gratia, ventitarent: sicq aliquod leuamen et confessariis, et confitentibus, fore sperabatur. +

Sed licet alii ex ista hominum frequentia, ad loca sua se recipiebant, plures tamen quotidie congregabantur, vsq adeo, vt cȩteros dispensatione Rdsmi Episcopi obtenta, confessioneq ac sacra communione recepta, reliqua prȩscripta Jubilei, vel domi, vel in itinere exequi oporteret. Nam et sub finem Jubilȩi infinita prope multitudo veniebat, quin et procul dubio, ne decima quidem pars Regni, et vltra decimam, voto Jubilei potita est. Religiosis quoq, ȩgrotis, senibus, debilibus, omnium prouinciarum Regni, qui Cracouiam venire non poterant, Rdsmus Episcopus

Heluetici conuersi in Jubileo.

indulserat, ut a certis sacerdotibus in eo negotio destinatis, eam sacrosancti Jubilei gratiam obtinerent. Nam et sub finem Jubilei venerant ex oppido Heluetiorum Vodislauia, homines ducenti, quorum pleriq Heluetica prauitate induti erant, isti nunc ex filiis irȩ, filii Dei, eiusq gratiȩ participes facti sunt, confessi, contriti, et communione sacra refecti.

Omnes ergo non obscura voce, sed vno ore, ac Rex ipse, et omnes primarii viri, vtriusq status viri, omnium aetatum, conditionum, homines; districtus, Ciuitates,

Vici; Domini, Servi, opulenti, inopes, denique ceteri, qui Cracoviam venire non dubitarunt, solemnes et immortales Deo Omnipotenti, gratias referebant. Quin et Serenissimo Regi, ac Rndssmo Episcopo Cracovien, bona omnia dicebant, quod eorum Curâ, Studio, ac operâ, tanti, tamque liberalis Jubilaei, se compotes fieri licuisset.

Inciderat tunc voluntate Dei, inventio Beatorum ossium, Doctoris Joannis Canti, Academiae Cracovien professoris, nam dum Renovando sepulchro eius, in Ecclesia S. Annae Cracoviae, fundamenta capta sunt moveri, 23 May, feria secunda, praeter spem et opinionem omnium, inventa sunt ossa Viri Beati, cum Urna stannea, affixa uncis ferreis, quae nemo suspicabatur, ubi nam locorum deposita fuerunt. templum mox fragrantissimo odore, quem et ego, et alii plurimi (Stanislaus Kiszurius philosophiae in Acad. Crac. professor, qui Jubilaeum hunc prelo dedit) cum non exigua consolatione egregie hausimus, impletum fuit. Quo nuntio longe lateque divulgato, multa hominum agmina, non secus ut examina apum, currebant ad beati viri tumulum, eius orationibus ac intercessione sese commendantes, variasque consolationes referentes. — Inventio Beatorum ossium, Joannis Canti.

Per singularem itaque gratiam Dei, Jubilaeum Cracoviae, 2 Junii die, feliciter ad finem deductum est, in summa omnium Concordia, charitate, pace, et tranquillitate, ut nusquam ullorum dissensionum data sint exempla, quin et itinera nullibi infesta à latronibus fierent. Quo nomine ut Deo omnipotenti solennes gratiae haberentur, ipso die, Rndsms Pater Paulus Dębski Episcopus Laodicen et suffraganeus Cracovien, Sacrum cum solemnitate celebravit, decumbente tunc Rssmo Episcopo Cracovien. In medio Sacri Rndus Pr Petrus Skarga, Soc. Jesu, satis luculenter ad populum perorabat. Sub vesperum demum post Completorium, venerunt primarii viri, qui interea Cracoviae aderant. Venit et Illmus D. Nuntius Apostolicus, et hominum undiquaque tanta concurrebat copia, ut non facile numerum inire posses, quae non solum templum ipsum, capellas, subsellia, et loca quaedam in Arce spatiosa, sed et viam ipsam quae ducit in Arcem versus plateam Canonicorum, ita confestim compleverat, utne quidem Societati Fratrum Compassionis, in Arcem aditus pateret, quin singuli contra ordinem et morem suum, cum summa anxietate, maximis angustiis, aegre in Arcem evaserunt. Rndus postea Pater Nicolaus Dobrosiecius I.V.D. Canon. Crac. et Rector Academiae, ultimam Jubilaei concionem habuit. Hac finita Illmus D. Nuntius Apostolicus, in loco Rssmi Epi Cracov. qui tunc ex morbo laborabat, benedictionem totum populum impertivit, quae non secus avidè flagrantibusque animis, ac si ab ipso summo Pontifice accipiebatur. Postremò autem, Hymnus, Te Deum laudamus etc. decantabatur, non solum ab his qui in templo aderant, verum etiam ab illis qui circumcirca templum cinxerant, voces in caelum usque sublatae fuerant. Huic hymno, adiunctum est instar Conclusionis, Sit nomen Dni benedictum in saecula. cum altero Cantico: Fiant Dne oculi tui etc. Sic ergo totum negotium, cum summa admiratione omnium praesertim externorum, et Illmi quoque Nuntii Apostolici finitum est. Nam is postquam se domum reciperet, ac Rssmi — Finis Jubilaei.

Episc. Crac. inuiseret, his verbis usus est. O beatum pastorem, cuius oves tot, et tam feruentes in maxima deuotione reperiuntur; usq etiam ipsi Rudsmo uberrimas lachrimas excusserit. Et non immeritò sanè: Nam qui tantā confertissimaqz multitudinis hominum deuotionem considerauit, is magna se vidisse mirabilia fateri necesse habeat.

puer à Judaeis occisus.

Anno Domini. 1590. In villa dicta Osowa Wola, ad parochiam Curozwacensem pertinente, Judaei perfidi, ex oppido vicino Sydłow dicto, furto abstulerunt puerum, ex christianis parentibus natum, quem crudeliter, (effuso sanguine ex venis ipsius,) interemerunt, corpus vulneratum, et mortuū, in agris Ciuitatis Curozwacensis proiecerunt. Hic puer in Eccla Curozwacensi Conuentus nostri Canonicorū Regul. sepultus. Teste Patre Christofero Toniewski, eiusdem Ecclesiae postea praeposito.

In imaginem Dñi Jesu Christi iniuriosus Judaeus.

Circa Annum Dñi. 1610. Casimiriae in lapidea Nobilis et generosi D. Jordan, in platea Cracouien. sita, quidam Judaeus Lewek dictus Moskowic, conduxit fornicem ad vendenda aromata, in hoc habitaculo erat imago depicta, in pariete murato, Crucifixi Dñi nri Jesu Christi, quam imaginem, sceleratus et perfidus Judaeus variè securibus contusam, et deformatam, et totum calcem in qua erat depicta imago in lutum proiecit. Teste Miczynski, in spec. Regni Poloniae. c. 2.

słonce czerwone było.

Anno Dñi. 1628. Paulus Hercius Magister Academiae Cracouien. napisał w kalendarzu swoim, że dnia 20 stycznia, przess godzin Ny po południu, miało byds słonce czerwone iako szarlat, y tak sie stało. potym było białe, y swietne.

Regratisa palono.

Eodem Anno q sup. Die 2. Januarii. We wtorek, studenci Akademiccy, w Krakowie w Rynku, palili Regratisa xięgę Jezuycką, przess kata y Hycle, ktora xięga była pełna scommatibus, ktorą wydali przeciwko Akademickiemu Gratisowi; ktory niebył tak obrzydliwy iako ich Regratis, przy bytności niemało ludzi rożnaiego stanu, bo w ten czas był wielki concurs slachty, na Roki trzech krolow; Ludzie narzekali na to, iż z ktorych miała wychodzić pokora, y exemplum Dñi Jesu Christi, gdyż sie piszą Societas Jesu, z tych wyszło wzgorszenie.

Academia Crac. viris doctis destituta.

Anno Dñi. 1605. Joannes Zamoyski, à Stephano Bathoreo, Rege Poloniae, Romam missus, euocatum viros doctos, qui in Academia Cracouiensi, literas humaniores docerent: Academia enim destituta fuerat, tum temporis, viris doctis. Prae caeteris postulabatur M. Antonius Muretus, vir illa aetate politissimus, quem Pontifex Gregorius XIII, auctum maiori salario, Romae detinuit, quemadmodum eiusdem Mureti, literae ad Joannem Sarium Zamoscium testantur. Ita Jacobus Scrobisevius, Canon. Leopolien. in vitis Archiepisc. Leopolien.

Milites Confoederati damna inferunt.

Anno Dñi. 1612. Confoederati milites, ex Moscouia, tanquam locustae serpentes, vniuersum Regnum Poloniae compleuerunt, Ecclesiasticis, Regi, et Regiis capitaneis bona ademerunt, oppidanos, agrestes, sine ullo discrimine, insolitis exactionibus premebant. Ita Jacobus Scrobisevius, Canon. Leopol. in vitis Archiepisc. Leopolien.

Terrae motus Leopoli.

Anno Dñi. 1620. Octaua die Nouemb. Circa horam 21. Leopoli, tam in Ciuitate, quam extra Ciuitatem, certis locis, terrae motus factus est terribilis. Ita Jacob Scrobisevius. ut sup.

MARTINUS KŁOCZYNSKI I. V. D.

Vndecimus Conuentus Canonicorum Regularium Lateranensium, et Ecclesiæ SS.mi Corporis Christi Generalis Præpositus.

Scribentibus Historiam, nulla maior difficultas obijci solet, quam cum recenter, nuper vita functorum, memoriam scriptis inserere volunt, nam si eos laudibus cumulaueris, erunt qui dicent, id adulatione aliqua factum: si minimam eorum reprehensionem facies, (sine quibus veritas ipsa non constat) non deerunt, qui tanquam id à maleuolentiâ aliqua proficiscatur, in sinistram partem interpretentur. Sed ad propositum nostrum transeamus.

Martinus Kłoczynski, propè omnium manibus, (ut dicitur) exceptus, suscepto officio præposituræ, inprimis incumbendum sibi putauit, vt hunc locum, doctrinâ, et moribus suis, ad obseruantiam regularem conformaret: nec erat illi grauis labor quem suscepit, in excolenda Vinea Domini, nam per totum tempus administrationis suæ, dum vires suppetebant, tantum fecit, quantum potuit. Igitur secundo anno post introductionem suam, scilicet — Confrat. SS. corp. chri. et 5. Vuln.

Anno salutis humanæ. 1613. Confraternitatem Quinque Vulnerum Domini nostri IESV Christi, et SS. Sacramenti, quæ iam antea in hac Ecclesia erat, verùm (ut dictum est) neglecta, Romæ impetrauit, quam multis, ac magnis gratijs Apostolicis, donisque cumulasse constat. Et ut ab Ecclesia exordiar, et eius præclara in eandem merita enarrare prosequar. Vt omni splendore exornaret Ecclesiam, omnem toto præposituræ suæ tempore, — A.D. 1613 — Labores D. præpositi.

Turris Eccl[es]ia.	Curam impendit, quatenus eam pretiosa supellectili, et ædificiis cumularet, vt quasi nouam dignitatem consecuta esse uideretur. Hæc autem sunt. Turrim Ecclesiæ magnifico sumptu, à medio in altum evexit, laminisq[ue] stanneis conuestiuit per ipsum.
Altare maius et exedra ex structa. A.D. 1635.	Altare maius in Maiori choro, et Exedra seu sedilia, artificioso opere constructa. Ciborio de lapide secto deaurato, à latere maioris altaris quondam constituto, (cuius summitas æquabatur maiori altari, et ad quod per gradus lapideos ascendebatur,) sublato, propter maius altare nouum, aliud Ciborium, ad conseruandum Venerabile Sacramentum, ex puro argento, valoris marcarum 360. comparauit. Delatorium seu Monstran[tiam] SS. Sacramenti, et calicem cum
Monstran[tia] de auro et calix.	patena, ex auro puro confecit. Altaria in Maiori Choro: paramenta altaris pretiosa, casulæ, pluvialia, stemmate suo (quod Alam accipitris extensam, sagitta transfixam gerebat) insignita: Missalia noua diversi coloris, laminis fusilibus argenteis deauratis, Solosserico rubeo et nigro conuestita: peristromata; Tapetia Magna, Cairica, persica, Divanica, ad decem uel plus cubitos protensa, ad ornandos Ecclesiæ parietes coempta. Oratorium ad decantandas
Oratorium.	horas Canonicas super thesaurum Ecclesiæ erectum, coloribus depictum, et sedilibus refertum: Sepulturā pro præpositis ante maius altare, cum gradibus marmoreis, et pauimento: Sepultura pro Ciuibus, a parte meridionali, et septemtrionali, in Maiori Choro: Fornix pro communi sepultura Consulum Casimiriensium sub capella S. Annæ: Candelabra argentea, lampades, Cruces, et alia plurima per ipsum constructa, comparata, et erecta. Idem præpositus imaginibus exornauit Ecclesiam. Porticus tres ante ianuas Ecclesiæ de nouo excitauit, ex lapide secto, et laminis æreis, staneisq[ue] desuper contexit. Murum disterminantem Iudæos à Cime
Ecclesia S. Laurentii. Unica 23 post pent. consecrata.	terio S. Laurentii, à fundamentis in altum evexit, ipsamq[ue] Ecclesiam S. Laurentii, antiqua lignea demolita, de latere cocto ædificauit, et consecrari cum tribus altaribus, a Thoma oborski suffraganeo Cracouiensi Anno D[omi]ni 1642.
Altaria 12. Consecrata.	die 23 Nouembris, Curauit. In Ecclesia quoq[ue] SS. Corporis Christi, eodem anno quo sup[ra], duodecem altaria, ab eodem Suffraganeo, die 9 Nouembris consecrata, ipsius Curā. Ossa B. Stanislai Casimiritani ex minori choro, in aperiorē
Translatio B. Stanislai Casimiritani.	maioris chori locum, Anno D[omi]ni. 1635. transtulit: Ex quo loco statuas Iudæorum ad instar Statuarum Hominis antiquitus erectas, repræsentantes Christum Dominum, in
Dedicatio Eccl[es]iæ S. Laurentii 23. D[omi]nica p[ost] pentec.	montem caluariæ crucem sibi baiulantem, et milites illum armatos ducentes, et feminas flentes, et comitantes; sublatas, et in capella, quam propter Scholas erexit de latere cocto præpositus, versus scholam, in ingressu templi, collocatas; quæ successu temporis, a vermibus, uti in loco humido, corrosæ, et à campanatoribus igne consumptæ, interierunt. Hæc et alia omnia opera eius, ad conuenientem splen

dorem instructa, in Ecclesia, cum deuota, ac dulci ipsius recordatione spectare licet. Eius quoque opera domus lateritia pro campanatoribus, et Cantoribus, in Cemeterio stetit.

Aedificia in Monasterio.

Quoad alia domestica aedificia, illius sumptu, et opera, conspicitur Monasterium magnificè structum. In quo Praepositus videns loci angustiam, quod ab Aula vicinori et proxima Abbatis Sciriciensis, coarctaretur Monasterium, illam coemit, et septis ligneis circumcirca Monasterium sublatis, murum ex fundamento in altum evexit, cellasque seu habitacula, pro fratribus, in superiore parte muri: in inferiori verò parte, hyppocausta pro familia, braxeatorium, officinam Cerevisiariam, et equorum stabula, ex latere cocto construxit. Atrium ante Refectorium, (vel ut vulgo dicitur palatium) similiter latere cocto concamerauit. In summa, Monasterium debito splendori restituit. Cui tamen, vt successor supremam manum imponeret, illius de hac Vita translatione, factum est.

Aedificia extra Monasterium.

Quoad alia aedificia extranea. Quaedam Conuentus vetusta et collapsa restaurauit. Domos ad latus fluvii dicti Rudawa, in suburbio Cracouiensi, post portam Sutorum, aedificauit, et inquilinis conduxit, et has domos Venetias appellauit. Hae omnes Domus per Suecos, cum Molendino dicto Kamienny, in quo etiam partes habuit Conuentus, demolitae sunt. Item Molendinum dictum Kutlewski, in suburbio Cracouiensi post portam S. Nicolai muro exstruxit, et calice ac patena, et stemmate suo insigniuit. Et hoc molendinum per Suecos euersum. Domos ligneas aliquot, et lapideas in Ciuitate Casimiriensi coemit, quasdam ex lapide et latere cocto aedificauit.

Regularis obseruantia.

Quoad obseruantiam Regularem, et regimen Religiosorum, talentum Euangelicum copiosè diuina manu sibi datum non abscondit, sed tanquam bonus nummularius, foecundis auxit vsuris, omnia religiosa munia ita obiens, vt nullam partem, quae ad hoc officium pertinet intactam reliquerit: bonorum cultor et amator, promotorque; eorum verò qui extra terminos Vocationis suae prolaberentur, correctar acerrimus, ac disciplinae religiosae obseruantissimus, multumque vt Religiosorum suorum mores, ad praescriptum regulae et constitutionum formaret, laborauit. Nam statim in exordio regiminis sui, constitutiones Conuentus sui reformauit, et fratribus obseruandas proposuit. Suscipere ad Nouitiatum bonae indolis adolescentes coepit, et ne otio omnium malorum fonti, in religione indulgerent, Lectorem Philosophiae ac Theologiae moralis, instituit. Et ex inde proficere Conuentus, et incrementa bonae institutionis sumpsit: nam ex eo tempore, disputationes publicae ex Vniuersa philosophia, et oratio latina à fratribus iunioribus, in festo S. Augustini, in Ecclesia publicè perorata, quolibet anniuersario die; catechesisque pro rudioribus, qualibet Dominica, pomeridiano tempore, exordium accepit. Idem Praepositus Argenteam Crucem altam in processionibus ante Fratres ad instar Canonicorum Cathedralium, insistens Bullae Pii Quinti, portari fecit. Depositis quoque palliis nigris, quibus vtebantur fratres extra Con

Studia Iuniorum fratrum.

Argentea Crux in processionibus et mantiletti.

∴

uentum, ad instar sacerdotum saecularium, Mantelletis uti praecepit. Ieiunium per totum
Adventum servari, et in Vigilia S. Augustini, invexit. Ipse ab omni luxu, ambitione, servo
rum strepitu, aliaque mundana ostentatione, remotus; abstinentiaque clarus, nam feriis secun
dis, quartis, sextis, et sabbatho, nihil unquam penitus gustavit, quam consuetudinem ad mor
tem usque servavit. Tantis ac talibus exornatum virtutibus, Antistites Cracovien. primò illum
Visitatorem Monasteriorum Sanctimonialium: post Commissarium in causis difficilibus saecu

Visitator. Com
missarius. et
Iudex Synodalis.

larium Praelatorum, et Religiosorum Conventuum: dein Visitatorem dioecesis Premyslien.
Insuper Iudicem Synodalem dioecesis Cracovien. constituerunt. Et qui Agenda Ecclesiasti
ca pro Dioecesi Cracovien. ordinaret, nec non Constitutiones Synodales scriberet, cum aliis tri
Tum circa miracula B. Vincentii Kadlubkonis Commissarius.]
bus Doctoribus comiserunt.
Sub huius felici gubernatione, coetus Canonicorum, maximè propagari, et maiora in di
es incrementa sumere coepit. Ex hac enim congregatione, non solùm viri illustres, Do
ctores, tanquam ex equo Troiano prodiêre, verùm etiam veluti ex limpidissimo fonte
sacri alii rivuli Conventuum particularium profluxêre. Nam famâ sanctitatis et do
ctrinae huius Praepositi permoti, plurimi Regni Poloniae Magnates, facultates suas pro
fundationibus Monasteriorum, Congregationi nostrae, nullis parcendo impensis, erogare non dubi

Conventus
Fundatio in
Bychow.
1630.
Fundatio Con
ventus Cremenecen.
1624.
Fundatio Conven
tus in Sucha.
1630.
Fundatio Con
ventus in Wolbrâ
1630.
Vilnae in Anto
collo.

taverunt. Et in primis Illmus D. Carolus Chodkiewicz Palatinus Vilnensis, et Dux Exercituum,
in Civitate Bychow.* Magnif. D. Nicolaus Wolski Castellanus Vitepscensis in pago dicto Krze
mienica.* Magnif. D. Petrus Komorowski, Capitaneus Oswiecimen. in Villa sua heredita
ria Sucha dicta.* Vilnae in Antokollo ad S. Petrum.* In oppido Wolbram dicto, Rndus Dnus
Martinus Wolbram, Plebanus in Dziewięcznia,* Canonicos nostros, Casimiriâ accitos, fundave
runt, et Iurisdictioni Praepositi Casimirien. perpetuò subiecerunt. Sub id quoque tempus,
Crasnicensis Conventus, qui non dependebat à Conventu Casimiriensi, nisi Visitatione
perpetuâ a Praeposito Casimirien. (ut in Erectione suis Monasterii expressum) ad extre

Crasnicen. Con
ventus annexus.

mam ferè observantiae regularis inopiam redactus fuit; praesertim cum Praeposi
tus loci illius, non bono exemplo commissum sibi Monasterium administrasset, re
gularis observantia neglecta, et viris idoneis ad administrationem Sacramentorum
sufficientibus destituta Ecclesia esset, adeò, ut pro concione habenda ad populum, [
Religiosus FF. Minorum de observantia, conductus, in Monasterio aleretur. Re de
lata ad Episcopum Cracoviensem, excitavit Dominus mentem eius, qui Praeposito
nostro Casimiriensis Conventus, uti Visitatori illius Congregationis perpetuo, sedulò prae
ciperet, quatenus hoc Monasterium Crasnicense visitaret, et per suos Casimirienses
Conventus Religiosos fratres, reformaret. Itaque Martinus Kłoczynski Praepositus,
Visitatione peracta, et Praeposito Crasnicen. amoto ab officio, unum ex professis Ca
simirien. Praepositum triennalem instituit, officiaque Ecclesiastica, viris probatis, et
in Religione Conventus sui optimè eruditis, tractanda comisit. Et ex hoc tempore Con
ventus Crasnicensis, Conventui Casimiriensi adiectus, et aggregatus, et usque in praesen

tem diē manu tenetur: licet professi Cracovienses, ad Fundatores, ac nobiles tuber recur 30.
rendo, uarie Conuentum Casimiriensem, vt ad suam pristinam libertatem redirent, sollicitabant,
sed semper responsum est à Congregatione Casimiriensi, cum ipsorū bono Conuentum illorum
a professis Casimirien regi.
His ita Monasteriis particularibus dispositis, et stabilitis, Praepositus Martinus Kłodzyn // Anno Dñi.
ski, Capitula generalia quolibet triennio constituit, // vt ex Conuentibus particularibus, 1628.
nuper fundatis, praepositi, ad Conuentum generalem, vti principale membrum descenderet, Capitula
indixit; in quibus Capitulis generalibus, ipse consensu omnium residentium, titulo Praeposi generalia.
ti generalis insignitur, et exornatur.
Circa haec tempora, non deerant et alii ex Regni Poloniae proceribus, qui ad Maiorem
Dei gloriam promerendam, Conuentui nostro Casimiriensi ex facultatibus suis Mona
steria constituere cupiebant, uerum piae eorum intentiones, uariis de causis, suum non
sunt sortitae effectum. Et in primis Magnif. D. Joannes Szyszkowski Capitaneus Woy Fundationes
nicen, in oppido dicto Macieiowice, in Mazouia extante, dum ad Ecclesiam parochialem Variae non
nostros Canonicos introducere intendit, et iam omnia paramenta Eccl[es]ae pretiosa comparat, susceptae.
mors quae intercipit omnes hominum intentiones, praeuenit. In oppido quoque dicto
Mystenice, tribus milliaribus à Cracouia distante, Anno Domini 1633. accadit in Men
se Maio, quod imago Beatissimae Virginis Mariae lacrimas et sudorem fundere uisa esset, quod mi
raculum multi conspexerunt. Spargebatur exinde rumor primò apud oppidanos, postea Miraculum.
ad propinquos incolas, tandemque Cracouiam usque attigit, fit propterea populorum ma
gnus concursus omni tempore, ad excipiendas confessiones eò loci confessarii pauci,
requirebatur religiosorum ibidem manentium numerus maior, quam ob causam paro
chus Ecclesiae Mysliciensis, pro fundatione Monasterii Canonicis nostris sexdecem milli
a florenorum offerebat, uerum huic fundationi Petrus Gembicki Episcopus pro tunc Craco
uiensis, assensum praebere noluit. Tentabat et Magn. D. Stanislaus Lubomirski Pa
latinus Cracouien, in finibus Vngariae, uulgò na Spiskich miastach: similiter et Mag.
D. Joannes Oleśnicki in oppido dicto Tarlow, nostros Canonicos fundare, uerum
ob tenuem nimis quam offerebant fundationem, conuentus Casimirien non suscepit.
Per id quoque tempus Magnif. D. Josephus Korsak Palatinus Mcislauiensis,
pari deuotione et zelo erga ordinem nostrum accensus, in oppido dicto Głębokie,
(quod in Lituania in districtu Polocensi extat), Canonicos nostros Casimiria ac
cersitos, fundare voluit, et cum iam dotem, scilicet quatuordecem Villas, et Vnum
oppidum cum titulo Abbatiae inscripsisset, duos fratres ex Conuentu Casimiriensi ma
nere penes se fecit, erat enim caelebs, et senio confectus. Qui fratres manentes in
aula Palatini, cum Aulicos Palatini, licentiosis Vitas, et damnorum, quae facie
bant seni arguebant, et admonebant; fremebant saepius aulici, dari sibi tales
Patres, qui illis vehementer displicerent, (erant enim et propinqui Palatini) mu
ssitando tantum, suas erga illos exercebant offensas, tandem odiū quod diu
mente coquebant, in illos effuderunt, et ficta criminatione, falsisque saepius accu

Fundatio in Stębolice iu vita.

sationibus, eò adduxerunt Serem palatinum, qui non exspectato iudicii tempore,
illam fundationem irritam fecit, et ut Conventus Casimirien cederet iuri, et inscriptio
ni, viginti millia flovenorum dedit; quod praepositus cum conventu suo grato accepit
animo, et ob magnam distantiam loci, et propter titulum Abbatis, cui collatio inscri
pta erat. et pro hac peccunia empta est villa Jagientany dicta, et Conventui
Vilnensi in Antocollo attributa. Quam postea inconstantiam suam accusabat palatinus, illumqz
locum Carmelitis discalceatis concessit.

Magistratus Casimirien qualis.

Circa hac tempora, Magistratus Casimirien floruit viris spectabilibus, et eruditis. prae
sertim Sebastiano Cichoszewski, Artium et philosophiae in Academia Cracovien professore,
Qui ob eloquii suavitatem, Vladislao IV. Regi Poloniae, quem ille in primo illius in Re
giam Urbem Cracoviam ingressu, nomine Civitatis Casimiriensis salutaverat, et alia ex oc
casione, gratus semper extitit. Tum Christophero Kołecki, primâ laureâ philosophica in ea
dem Academia decorato; Thomâ Rożek. Joanne Jsbrycz, Notario publico et Juris perito.
et aliis, virtute, doctrinaqz eximiis. Ex civitateqz compluvimi, qui monumenta laude post
se digna reliquerunt emersêre. Et ut multos taceam, genuitqz hac Civitas Casimiri

Viri egregii Casimiriâ oriun de.

ensis Joannem Foxium, virum eruditione, et ingenii acumine longè clarissimum,
qui cum ob Juris peritiam, à Georgio Radziwiło. Cardinali et Episcopo Cracovien,
in aetate florenti, Causarum Curiae Auditor creatus; scholasteriaqz Scalbimiriensi,
ac Canonicatu Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis ornatus esset: deinde à Petro Tilicio
Episcopo Cracoviensi in Archidiaconum eiusdem Ecclesiae electus; Canonicusqz Lovicen
sis, à Joanne Wężyk Archiepiscopo Gnesnensi factus. Vladislaus verò IV. Rex
Poloniae, ipsum in numerum secretariorum suorum adscribi voluit. Et ad aliquot sum
mos Pontifices, in negotiis Ecclesiae, susceptas peregrinationes absolvit. tandem Anno Do
mini 1636. obiit. Genuit et Andream Wulfowicz, virum Academicum, Magistrum
Artium, philosophiae, et Medicinae Doctorem, Consulem Cracovien, eruditione, virtute, comita
te, ac liberalitate animi, nemini secundum. ex quo filii duo Almae Academiae Cracovien
similiter professores, prodiere. Genuit et Joannem Zoza Medicinae Doctorem regium,
virum doctrina, et vitae integritate praestantem. Albertum Rzegocinski officiale Ropczycen.

Anno Dni. 1650. wstąpił do Conwentu Bożego ciała, Andreas Grosłowicz, mieszczanina Kazimierskiego Syn. Ten wystał, y udał się do oswo[?] prawy, będąc mediocris scientiae. Tam evasit in talem virum, że inter Juristas nie było takiego y przy[?] …

Stanislaum Rożycki philosophica et I.V. Doctoratus laurea ornatum, aliquot vicibus
Universitatis Cracov. et Posnaniensi Acad. Rectorem, Canonicum Cracovien Cathedralis Eccliae.
Andream Migaczewicz Artium et philosophiae Doctorem. Genuit et viros Religiosos,
Stanislaum Klesłowicz ordinis Eremitarum S. Pauli, S. Th. Doctorem. Paulum Au
gustinum Liberium, ordinis Eremitarum S. Augustini, S. Th. Doctorem. Hyacinthum Li
berium Canonicorum Regul. Conventus Casimirien praepositum generalem S. Th. Doctorem, et Li
brorum Dioecesis Cracov. Censorem. Paulum Pulad Conventus Casimirien Canon. Regul.
S. Th. Doctorem. et alios plurimos, quorum vita multum splendoris et solatii huic
Civitati attulit, et qui ob doctrinam, vitae, ac morum gravitatem, duo hoc fuere o
mnibus commendatissimi.

Legatow był Notarius Causarum, y tam ożenił się.

Anno Domini 1613. pestis totam poloniam pervagata est. 31. pestis.

Anno Domini. 1618. Cometes apparuit, longam et illustrem post se caudam tra sens, integras quatuor septimanas perduravit, magnorum malorum præsagium, quæ cunctam ferè poloniam, proximis tribus annis invaserunt: belli imprimis Turcici ad Chocimum, tum in undationis Vistulæ, famis, et maximæ pestilentiæ per populos grassatricis, prodigium. A. D. 1618.

Anno Domini. 1619. Inundatio Vistulæ, plurima damna intulit. Et Anno Dni. 1621. Eandem inundationem Vistulæ maximam, (quâ pons ad portam Vielicensem sublatus) narrant Suis Sui scriptores

Anno Domini. 1622. Peste laboravit Cracovia; et alia vicina Urbi loca, eadem pestis invasit, quâ viginti millia hominum sublata esse narrantur. Tunc nulla expers luctus in tota Casimiria domus patebat. pestis. A. D. 1622.

Eodem anno Reliquiæ SS. noviter Canonizatorum: scilicet S. Ignatii Confessoris Loiolæ, fundatoris Religiosorum Soc. Jesu. et S. Theresiæ Virginis Fundatr. Carmelitarum discalce atorum, solemniter, omnibus processionibus sæcularium sacerdotum et religiosorum præceden tibus, cum tubis, musicâ, et explosione tormentorum bellicorum introductæ. S. Ignatii ab Ecclesia Sæ Barbaræ in Circulo Cracovien. sita, ad Ecclesiam SS. petri et pauli Aplorum eiusdem ordinis: S. Verò Theresiæ, alia die, ab Ecclesia B. V. Mariæ in Arenis post mu ros Cracovienses Carmelitarum, ad Ecclesiam S. Michaelis eiusdem ordinis Reformatorum, de ducebantur. Die 10. Julii. Canonisati, à Gregorio XV. die 12. Martii. SS. Canonizati.

Anno Domini. 1623. Ecclesia Lusesoviensis parochialis, incorporata Ecclesiæ Su chensi, Conventus nostri Canonicorum Regul. Curâ et studio Magnifici D. petri Komorowski Capitanei Osviecimensis, collatoris, et Monasterii nostri in Sucha fundatoris. A. D. 1623. Eccla Lusesovien. incorporata.

Eodem anno. pestis iterum per tres menses grassabatur. Et inundatio Vistulæ.

Ad hæc usq; tempora, fratres, in oratorio, Cantando horas Canonicas, usi sunt Al mutiis, quæ ponebant super saracia, et sic induti, post primam, procedebant ad capitulum, expleto capitulo, frater Vigilans, deferebat illa in Oratorium, ut in illis cantarent Ter tiam, et alias horas Canonicas, quod his temporibus intermissum est.

Eodem anno. Incendium Civitatis Judæorum gravissimum, vix tertia parte domiciliorum relicta, totum ignis absumpsit; feria secunda paschæ. Incendium grave.

Anno Domini. 1628. Inundatio Vistulæ, circa festum S. Jacobi Apo stoli, in Julio, quâ iterum pons Casimiritanus abruptus. A. D. 1628.

Anno Domini. 1630. Ingens pretium frumentorum, siliginis Medinno flor. 18. Tritici fl. 20. pisæ fl. 28. panis vendebatur pro tribus grossis, quasi o vum anseris. Vide et fames. Fames.

Anno Domini. 1632. Conscriptio nobilitatis palatinatus Cracoviensis, peragebatur in Campo, quod est post Casimiriam, inter Vistulam et montem, in quo est Ecclesia S. Benedicti. Ad istam conscriptionem, quo quisq; potuit Magna tum ac nobilium apparatu, equorum, vestium pretiosarum, cum tubis, tympanis ac vexillis, ac peditibus militibus, procedebant Cracoviâ, per Casimiriam: Et hæc Con suetudo servabatur quolibet anno post festum S. Adalberti Epi et Mart. duravitq; usq; ad annum 1650. Hoc autem anno q sup. numerabantur milites plusqm 6000. Conscripti. A. D. 1632. Conscriptio nobilitatis. post muros Casimirien.

Anno Domini. 1633. die 3. septemb. Cadauer cuiusdam Sæuetici [nobilis,] mortui, porta tum publicè ad sepulturam per pontem Casimirien Cracouiã, à studiosis raptum, et de ponte in Vistulam præcipitatum, et submersum.

A. D. 1634.

Anno Domini. 1634. Judæa in Ciuitate Casimirien, enixa est puerum, cum cornibus Ceruí, qui post aliquot septimanas mortuus est.

publicæ Disputationes. ab Augustino Zezaris. et Ludouico Fasciszewski.

Anno Domini. 1636. In festo Circumcisionis Dñi, et Epiphania Domini, disputationes publicæ in Refectorio, typis datæ conclusiones, ex vniuersa philosophia peractæ, præsidente Hyacintho Liberio S. Th. Doctore, pro tunc philosophiæ Lectore.

Eodem Anno. Martinus Klocżynski præpositus, unà cum petro Gembicki Cancellario Regni, et pro tunc præposito Miechouiensi, visitabat conuentum Miechouiensem.

Idem Martinus Klocżynski præpositus noster, cum Erasmo Kretkowski Archidiacono Cracouien præfuit, et præsidebat in Capitulo generali Miechouien. Anno Dñi. 1637. die 4 Maij. Ita Nakielscius. Eodem Anno. Altare maius, in Eccla SS. Corp. Xri. erectum.

A. D. 1637.

Judæi Cracouiæ occidũtur.

Anno Domini. 1637. die 22 Maij, studiosi Acad. Cracouien, insurrexerunt in Judæos, Cracouiæ tunc commorantes, et arreptis armis, hinc et inde persequentes, captos, post portam Cracouiensem Wisla dictam, in fœtido stagno mergebant, et carnificis famulum coegerant, qui eos baculo quo canes occidere solebat, in stagno interficeret, alios in Vistula, quosdam in cloacis submergebant, et tunc triginta uel plus occisi, et quinquaginta vulnerati, nocte per satellites Arcis Cracouien, Casimiriam deducti. Et hoc accidit ex ista occasione; Quia Judæi studiosos duos in sua Ciuitate vulnerauerunt, et post crescente tumultu, duos pauperes, mendicos scholæ occiderunt.

Salutatur à Casimirien Regina.

Eodem Anno, die 27. Augusti, Consules Casimirien et Ciues, post ingressum celebrem Cracouiam Cæciliæ Renatæ, Reginæ poloniæ, dum post aliquot septimanas Varsauiam per Casimiriam pergeret, in aliquot locis, scilicet Stradomiæ, et in porta Casimiriensi, et in prætorio, et in porta Vielicensi, dispositis musicis, cum tubis, et vexillis, excipiebant Reginam.

FFr. Conuersorũ habitus.

Ad hæc vsque tempora Fratres Conuersi domus nostræ, saraciis non lineis, sed de tela zrebne dicta, ad differentiam clericorum: similiter pileis, non de caudis Zebellinorum, sed de pellibus fibrorum vtebantur. Illud etiã notandũ occurrit, ad hæc etiã tempora fratres Juniores domus nostræ, in signum humilitatis habuisse consuetudinem, pedes omnium fratrum in culina lauare, pro hebdomade, et festo Natiuitatis Domini.

A. D. 1638.

Anno Domini. 1638. die 8 Augusti. In Circulo Casimiriensi, propè templum S. Catherinæ, quatuor domus conflagrarunt, et ignis tectum templi S. Catherinæ inuasit, parumque abfuit, quin totum templum consumeret, nam infra claustrum ædificia quædam igni absumpta sunt.

Eodem Anno. Ingens pretium frumentorum, tritici medimnus fl. 12. pisæ fl. 18. Brassicæ sexagena fl. 2. et Cracouiæ, fl. 2 et medio. uendebatur.

Synagoga Judæorum noua.

Anno Domini 1639. Judæus quidam Isaac, in Ciuitate sua, voluit nouam ædificare Synagogam, huius Cupiditati, obstitit Martinus Klocżynski præpositus, et neque precibus

nec muneribus flectebatur, tamen voluntati, et mandato Regis, et Episcopi Cracovien, Iaco 32.
bi Zadzik, contradicere non potuit, et ita noua Synagoga ædificata est.

Anno Domini. 1639. PP. Societatis IESV, Cracouiæ, in festo S. Ignatii pri A.D.
mi fundatoris sui, summa cum celebritate et triumpho, per totam octauam, celebrabant Annum 1639.
centesimum, ex quo S. Ignatius hunc Societatis ordinem fundauerat. et hoc in tribus Ecclesiis, Annus Centesimus Soc. Jesu
S. SS. Petri et Pauli. S. Stephani, et S. Barbaræ.

Eodem Anno. Inundatio Vistulæ, circa initium Augusti.

Anno Domini. 1640. Frumenta, et alia olera paruo pretio uendebantur, nam si A.D.
giliinis Medimnus siue Coretnia fl. 2. Tritici fl. 3. Brassicæ sexagena gl. 6. Auenæ 1640.
medimnus gl. 20.

Eodem anno. die 28. Aprilis. Stradomiæ pars una, à Cemeterio PP. Bernardino Conflagrata Stradomia.
rum, usque ad pontem, conflagrauit.

Eodem anno. Initium sumpsit deuotio in Ecclesia S. Laurentii, feria 2da Paschæ, dicta Em Emaus ad
maus, cantabantur tum missæ, et aliæ lectæ, et concio habebatur, et fuerat ibi concursus Eccl. S. Laur.
populi, quod per negligentiam aliorum intermissum est, sacristianorum.

Eodem Anno. die 4. Decembris. Electus est in Coadiutorem Præpositurae SS. Corpo Electio Coadiutoris.
ris Christi, Hyacinthus Liberius S. Th. Doctor, Concionator ordinarius, et Lector philo
sophiæ. præsente Alberto Lipnicki Canonico et officiali generali Cracoviensi. Annuit votis
et desideriis Conuentus, Episcopus Cracouien Jacobus Zadzik, virumque hunc electum, pieta
te, et eruditione præstantem, approbauit. Quam tamen Electionem suam Hyacinthus Liberius,
voluit niti approbatione, Urbani Octaui summi pontificis.

Anno Domini. 1641. Die 1 Martii. Quidam nobilis venit Casimiriam, cumque in A.D.
hospitio uidisset patremfamilias, die sabbathino accendentem lampadem, ante imaginem B. V. 1641.
Mariæ, atque tulit, et murmurauit, et postquam exiuit paterfamilias ex hipocausto, acce Sacrilegus
pit culbum, et quinque plagas siue scissuras impegit faciei B. V. Mariæ; qua re cognita decollatur.
Vice Capitaneus Arcis Cracouien, misit in hanc domum satellites, qui illum captum et in
Arcem Cracouien adductum, carceri manciparet; breui per decretum, abscissa illius prius
manu sacrilega, qua hoc facinus perpetrare ausus erat, ante prætorium Cracouien
decollatus est. Hæc imago ad Ecclesiam S. Catherinæ delata.

Eodem Anno. Die 10 Maii. Lutherani Ciues ~~Casimirien~~ Cracou. in suis lapideis, à studio
sis Cracouien spoliabantur. Mercator dictus Seruatius in platea Hospitali. tum in Circu Lutherani spoliantur.
lo Cracouien alter dictus Sznuk; et tertius in platea Consiliatum ante Ecclesiam S. Fran
cisci, dictus Forbes, caluinus. in istis lapideis omnia mobilia quæcunque offendere potue
runt in auro, argento, ære, vestibus, diripuerunt, fornaces, ac fenestras concusserunt, nihil
penitus illæsum relinquentes, nemine obstante, ac contradicente: in prima lapidea Seruatii
ad quinquaginta millia florenorum, in auro, pecunia, et vestibus accepta.

Anno Domini. 1642. Inundatio Vistulæ multa damna intulit. A.D.
Eodem anno. Fuit citra omnium hominum memoriam hyems rigida et niualis, 1642.
post festum SS. Simonis et Judæ incepta, omnia olera, et brassica, niue prius occupata,
et gelu constricta, non diu è terra effossa, interierunt.
Eodem anno. 28 Aprilis. In platea S. Floriani Crac. aliquot lapideæ combustæ. It 17. Julii. Clepardiæ
10 domus igne combustæ nocte.

A. D. 1643. Incendium in Civitate Judaeorum.	Anno Domini. 1643. Gelu horridum, 27 die May, repentè flores arborum decoxit. Eodem anno die 11 April. Atrox incendium in Civitate Judaeorum excitatum, quo Centum Edes, et duae Synagogae exustae, christianorum autem Vicinorum, nec una domus.
Ceremonia in festo Ascen. Dni.	Ad hæc usque tempora haec Ceremonia servabantur in Ecclesia nostra. In festo Ascensionis Dni, statua seu imago Resurgentis Dni, in quodam Circulo ligneo deaurato, et lampadibus exornato, elevabatur funibus in altum, usque ad testudinem templi minoris chori (ubi ob hanc causam uide re licet depictum caelum), cum cantu et musica; ad quam deuotionem multi hominum Cracoviae, et aliis adiacentibus locis, celebrandam, conveniebant, quae consuetudo processu temporis abolita, et abrogata est, imò et interdicta.
Lis de prio ritate loci.	Sub id tempus Fratres Eremitae S. pauli in Rupella, assumpserunt pallia Alba, nam antea in processionibus publicis, in Scapularibus tantum incedebant. Iidem cum Eremitis S. Augustini ad S. Catherinam, diu de prioritate loci in processionibus, litigabant Romae.
Canon. Cathe dralium habitus.	Item Canonici Cracovien. qui ad hæc usque tempora utebantur in processionibus super pelliceis, et desuper Almutiis de pellibus muris pontici, (z popielic) tunc ex indulto summi pontificis, coeperunt uti Rochetis, et cappis violacei coloris. Et Vicarij Eccle siae Cathedralis Cracov. utebantur superpelliceis et Almutiis de pellibus sciuri, (z wiewiorki.) nunc his abiectis, in solis superpelliceis incedunt.
Processio in festo SS. Cor poris Christi	Illud etiam quod loco suo inseri debuit et intermissum, hoc modò notandum occurrit. Anno Domini 1596. Georgium Radziuilum S.R.E. Cardinalem, et Episcopum Cra couiensem in Visitatione Conventus nostri SS. Corporis Christi, ordinasse, quatenus in festo SS. Corporis Christi, presbyteri scholares, et Religiosi, ex tribus Ecclesiis scilicet S. Jacobi. S. Stanislai ex Rupella, et S. Catherinae, processionaliter cum Cruce, et SS. Re liquiis, nostram processionem per circuitum Casimiriensem, procedendo deducant, et ante tria altaria Euangelia cantent, quae consuetudo et ordinatio semper observata, et quo ties per negligentiam eorum intermissa erat, toties à praepositis SS. Corporis Christi, ad officium citati, ordinationi Episcopi obedire debebant.
Ex M.SS. Marlini So lenski. Consulis Casimirien.	Eodem anno q̃ sup. s. 1643. Indictum est Civitatibus, donaria offerre Vladislao IV. Regi; Casimirienses Cives tunc dederunt fl. 2250. die 19 Augusti. Eodem quoque anno Sigismundus Opacki Magnus procurator Arcis Cracovien, agros dictos olop, antiquitus ad Cives Casimirien. pertinentes, et nescitur quomodo alienatos, civibus reddi dit, quo in loco Consules aedificauerunt muro praedium, ad firmandam possessionem.
privilegia Ci vitatis tuenda	Hoc etiam anno, Libertatis ac iurium tuendorum studium Consulum Casimiriensium quo exarserunt, tantum fuit, ut cum Consules Cracovienses, ab illis theloneum exigere uellent, et mercimonia exercere prohiberet, decreto Regis, penes antiquas leges et pri uilegia sua Conservati sunt.
Synodus Dioe cesana.	Eodem Anno. Synodus Dioecesana, celebrabatur Cracoviae, in Ecclesia B.V. M. in Circulo Crac., ad quam celebran. omnes parochi et Beneficiati, Episcopum Petrum Gembicki, ex ipsius Aula a S. Francisco, ad Ecclesiam B.V. M. deducebant. die 11. Octobris.
Judaeorum civitas arsit	Eodem Anno. Judaeorum domus prope centum igni Combustae, Casimiriae. 11. Aprilis.

Eodem Anno. Monstrum novi generis, Cracoviae, et Casimiriae apparuit. Venit quidam ex Italia vir nomine Joannes Baptista, ex cuius umbilico, alter, hominis formam gerens, excreuit, caput grande nigris capillis tectum habens, quatuor in prima parte oris dentes gerens, mouebat caput et labia, et non loquebatur, vultu ad illum qui eum portabat conversus: nomen illi Lazarus, ambo baptisati; cingulo eum alligabat lateribus suis. ingenti admiratione omnium conspiciebatur. plateas et vicos Ciuitatum obambulans, eleemosynam petebat. 33. Monstrum.

Hoc Anno, Lupullum terra non produxit, ex Russia aduehebatur, vendebatur medimnus Cracov. flor. 24.

Anno Domini. 1644. die 4 Aprilis, Feria secunda post Dominicam in Albis, In festo Annunc. B.V.M. Ducentae domus in Ciuitate Judaeorum conflagratae, nostrae vero penes Ecclesiam S. Laurentii, octo. Incendium inter Judaeos. A.D. 1644.

Eodem Anno. die 8 Februarij Martinus Kłoczynski praepositus, ex hac luce subtractus, qui in Anno praeterito, in Villa Conuentus, in festo S. Michaelis Archangeli, paralisi tactus, eaque aegritudine quatuor mensibus vexatus, ad extrema perueniens, Sanctissimis sacramentis expiatus, hac die obiit. Vir insignis. Cuius cum tota praepositura prosperum haberet successum, hoc unum defuit, ut diutius in munere praepositurae versaretur, longiorique temporis spatio ipsius officium compleretur. Neque hic stetisset eius cultus Diuini propagandi studium, nisi intercessisset fatale seruicorum facinorum, magnis viris impedimentum, MORS. Cum vero ille ultimum clausit diem, praepositurae, Anno 33. et Aetatis suae 82, ego quoque hic sisto calamum; non memoriam, quam tanti Viri nulla delebit obliuio, nulla oblitterabit vetustas. Huic successor, Hijacinthus Liberius, in ingressu sacristiae tale posuit Epitaphium. Obitus Martini Kłoczynski praepositi.

Hic praepositus, post mortem, 4 millia Hungarico rum aureorum reliquit, et 50. Ung. It Imp. 400. etc. in pecunia. Hic praepositus. fer. 2. et fer. 4. et fer. 6 et sabb. ieiunavit et nihil penitus tam de cibo, quam de potu sumebat.

Admodum Reuerendo Domino.
Martino Kłoczynski I.V.D. Ecclesiae Conuentusque huius Praeposito, ac Judici synodali. Vivo in omni Vita sua integerrimo, ac inculpato. In laboribus Ecclesiasticis indefesso. In sententia ferenda recto. In promouenda regulari disciplina feruentissimo. Qui Ecclesiam hanc, varia pretiosa supellectili; Monasterium permultis aedificiis: Congregationem plurium Monasteriorum coloniis: in magnum quoque Ducatum Lituaniae ex hoc Coenobio deductis, ampliauit, et illustrauit. Obiit plenus dierum, ac meritorum. Anno Domini. M.DC.XL.IV. Die VIII. Februarii. Aetatis 82.
Perge viator, similesque praepositos, Huic Ecclesiae Apprecare.

Sub Regimine huius praepositi Fratres hi ultimam diem obiisse notantur.

1. Laurentius Koscinski, presb. Anno Dñi. 1613.
2. Martinus Ciecierski presb. ex Conventu Casimirien, postulatur ad Praepositurum Clodaviensem Canon. Reg. ibidem obiit A.D. 1615.
3. Stanislaus Lewniowski presb. Praepositus Curozwacensis. 13 Sept. in Relig. 40. Bochnen.

A.D. 1619. Ex Conventu Casimirien. — Fr. Stephanus Smolenski Diaconus, philosophiae Baccalaureus, Anno Dñi. 1619. Exactis in Religione annis 4. | pietate insignis
4.
5. Andreas Zawichostensis, ex paracho saeculari, profess. Canonicus, peste obiit, Anno Dñi. 1623. inserviendo infirmis, exactis in Religione annis 5.
6. Adamus Inowlodensis presb. sepultus in Bychow. A.D. 1622.
7. Fr. Bernardus Grygierowic Diaconus. peste obiit, Anno Dñi. 1623. expletis in Religione annis tribus.
8. Fr. Jacobus Bal, Conversus, nobili genere natus, post sex annos in Religione exactos, peste obiit. Anno Domini. 1623.
9. Michael Casimiriensis presb. prior. peste obiit Anno Dñi. 1623. Hic obtulit fratribus pro Censu flor. 200. A.D. 1619. ante ingressum Religionis, parochus saecularis.
10. Bartholomaeus Korabiowski presb. Organarius Ecclesiae nostrae, eadem peste obiit, Anno Dñi. 1623.
11. Fr. Petrus Jurkowicz Conversus, sartor. peste eadem obiit. Anno Dñi. 1623.
12. Albertus Klodaviensis, presb., in Bychow. Anno Dñi. 1623. die 6 Martii.
13. Albertus Herculanus Pelowski, presb. Anno Dñi. 1626. exactis in Relig. annis 12.
14. * Valentinus Kurzborski, nobili genere natus. presb. vir crebris corporis afflictionibus, Vigiliis, et ad Deum precibus, famâ percelebris. Hic manendo in Monasterio Bychoviensi, hyppocausto calido nunquam usus: Eremum petiit, sed mandato superiorum, ne occideretur a schismaticis, revocatus: Cumque esset consanguineus ~~fratris~~ Episcopi Posnaniensis, negabat se esse nobilem. obiit ibidem in Bychow. Anno Domini. 1624. die 2 Martii. Vide fol. 23.

* Teste Chrysostomo Pserozowski, eiusdem Conventus praeposito.

15. Joannes Ubaldus Podbrezki Casimiriensis, philosophiae Baccalaureus, presb. Anno Dñi. 1629. die 10 May. In Relig. Anno tertio.
16. Mathias Gaszynski, presb. professus Domus nostrae, postea praepositus Sternbergensis Infulatus, obiit Anno Domini. 1630. dimissus.
17. Stanislaus Cyprianus de Mieyska gorka, presb. in saeculo Concionator Wielicien. postea praedicator Ecclesiae nostrae. Hic pro fratribus sepeliendis in Minori choro, erexit de latere cocto, fornicem, ipse in Bychow mortuus, Anno Dñi. 1630. Ingressus sui anno 14.

18. Fr. Albertus Hieronymus Opoczynski, Diaconus. S. Th. Auditor. posnanien. Anno Dni. 1632. in Relig. anno 7. De eius morbo, et morte. Vide fol. 138.

19. D. Martinus Albinus Fryczewicz, philosophiae Baccal. S. Th. Auditor. presbyter. Anno Dni. 1632. in Relig. anno 7.

20. Paulus Ruthal, Casimiriensis, presbyter. S. Th. D. praepositus Bydgoviensis, postea praedicator ordinarius Ecclesiae SS. Corp. Christi. Anno Dni. 1631. In Relig. 25. Edidit librum in quarto, genealogiam Canonicorum Regul. Lateran.

Hic dimissus ex Religione, Romae D. S. Th. factus, ad intercessionem patris Confratres Casimirienses revocatus, denuo.

21. Fr. Adamus Gromek de Rudawa, Conversus, pistor. Anno Domini. 1631. ingressus sui anno tertio.

22. Alexander Bedonski, presbyter. obiit in Bydgow. Anno Domini. 1634. in Relig. anno 10.

23. Albertus Innocentius Kłobuczynski. Anno Dni. 1634. die 22 septem. in Relig. anno 9. de Maiori polonia.

24. Joannes Augustinus Bieszekierski, à pp. societ. Jesu, quarti Voti dimissus, Theologus. post professionem Canonicam factam, praepositus Vilnensis, post Cracoviae manens, praelo dedit libellum de Veneratione SS. imaginum, Epitym. Theologiam moralem in Conventu Cracovien. fratribus. obiit Crasnicii, Anno Dni. 1635, peractis in Religione nostra annis 13.

25. Albertus Tarnowius Sowinski. Crasnicensis primò, postea Sudensis praepositus, ibidem in Suda obiit. Anno Domini. 1636. die 6 Decembris. Vir sanctitatis fama celebris. Vide infra. *

26. Samuel Gorlowski nobilis, ex districtu Sandomirien. presbyter. Anno Dni. 1636. in Relig. 14. Crasnicii sepultus. post mortem eius, ex patrimonio accepit Conventus Crasnic. fl. 8 millia.

27. Candidus Sląka, presbyter. primò professus Camaldulensis, sed per dispensationem sedis Apostolicae, factus canonicus Regularis, professus Tremenecensis. obiit ibidem. Anno Domini. 1637.

28. Martinus Bernardus Rudzki, ex saeculari sacerdote, professus Canonicus, Domus nrae sacristianus, villarum procurator. obiit posnaniae, eò in negotiis missus. Anno Domini. 1637. in Relig. 15. In Mieyska Gorka sepultus.

29. Fr Jacobus Albinus Stasienkowicz, Casimiriensis, subdiaconus. Anno Domini. 1637. in Religione anno 5.

30. Gaspar Rozycki Casimirien. presbyter. Anno Domini. 1639. die 10 Maij, Crasnicii obiit.

31. Andreas Skrembosz, nobilis. presbyter. Domus nrae professus. postulatus ad praeposituram Mstoviensem Canonicorum Regularium, eam administravit annis 45. obiit Cracoviae. Anno Domini. 1640. die 8. oct. Cracoviâ (cum omnibus Civitatis processionibus) Curru evectus, Mstoviam.

32. Fr. Stanislaus Andreioviensis, Conversus, sartor, obiit Anno Domini 1641.

" Is fuerat in Sæculo, Notarius publicus Actorum Illmi Joannis Tarnowski Archiepi Scopi Gnesnen.

" 33. Blasius Rosinski, Sæcularis Sacerdos, et Posnaniæ Omnium Sanctorum Ecclæ Canonicus, Notarius publicus, et Actuarius Consistorij Cracov. Hic multa vasa argentea Ecclesiæ nostræ obtulit, et libros in iure. postea post professionem dimissus, et Monasterium S. spiritus de saxia, Cracoviæ ingressus. obiit ibidem. Anno Dñi. 1641.

34. Petrus Palczewski, professus Cremenecen. ibidem obiit. A.D. 1641. presb.

35. Paulus Koncuski, professus Cremenecen. Organarius, ibidem sepultus. Anno Dñi. 1642. presbyter.

36. Augustinus Godereski de Lwowko. obiit Crasnicy. Anno Dñi. 1643. in Religione anno 47. presbyter.

37. Ioannes Wolenski, ex Maiori polonia, obiit Anno Dñi 1643. Vilnæ. Anno in Religione 8. presbyter.

38. Lucas Jaxionkowski, Crobensis, presbyter. præpositus Curo Zwacensis, et deinde prior Cracovien. Conventus. Anno Dñi. 1644. in Religione Anno 40.

39. Fr. Adamus Masiewicz, Conversus, in Wolbram sepultus, Anno Dñi. 1644. in Religione 7.

professi Cracsnicen.

Albertus Lupka, presbyter. Anno Dñi. 1614.

Albertus Przybysz. presbyter. Anno Dñi. 1616.

Albertus Zuclowski presb. prior Crasnicen. A.D. 1617.

Jacobus Rambirtowski. presb. Anno Dñi. 1620.

Augustinus Zuclowski. presb. sepultus Vilnæ. 1620.

Laurentius Saniecz. presb. obiit in Bydow. A.D. 1622.

Simon Barszczewicz. presb. obiit Cremeneciæ. A.D. 1624.

Theophilus. presbyter. Anno Domini 1622. Clobucensis.

Sigismundus. presbyter. Anno Domini. 1630. die 24 Maij.

His temporibus, Casimiria referta erat lapideis, et aulis Nobilium. In platea Cracovien. mansit Generos. Dñs Jordan, fovens penes se familiam multam, et Tibianes. In 2da lapidea D. Bochlowski. in tertia D. Zawadzki. In platea Judæorum mansit Generos. D. Rarowski. Hic D. Ktoczynski præposito obtulit mille florenos pro extruenda sepultura ex familia Rarowsciorum, in capella B.V.M. In 2da lapidea mansit D. Porebski, in 3tia D. Salareta sive Hawecki. Erat etiam lapidea satis ampla, ad instar templi structuram habens superiorem, cum area et horto DD. Jordanorum, penes ipsos muros Casimirien. quæ vendita est Judæis, in qua lapidea erat capella, et imagines devotæ in parietibus depictæ. In Circulo Casimirien. ad S. Jacobum erat lapidea D. Ogorowski. penes Monasterium nostrum, Aula Abbatis Scirricien. In foro Carino ad muros Casimirien. Aulæ duæ, Miastowscii, et Viazdowscij. etc.

Successores Rarowscii donarunt Ecclesiæ nræ i Stan lapideam.

* Albertus Tarnovius Sowinski, presbyter. Domus nræ Cracov. professus. Vir multarum Virtutum amantissimus observator. Cuius inprimis miva charitas erga pauperes exhibit, quibus ut eleemosynam daret, ipse suis manibus cibos parabat. Orationi ad Deum adeo erat intentus, ut sæpe numero, è somno, vel ipsa excitatus contemplationum cura, è lecto duro, et vili

35.

nocte intempesta, exiliens, orationibus et obsecrationibus instaret. Semel conuenientes fratres, et alii Sacerdotes saeculares, ad festum Dedicationis Ecclesiae, ipsum in superiori parte domus, erecto vultu, manus supplices in caelum tendentem inuenerunt. Paupertatem totis viribus coluit. Corpus abstinentia singulari domabat: vilibus, et ex oleribus ferculis confectis, contentus. Ad quam ieiunii austeritatem, saepè adiungebat castigationem corporis, acriter seipsum flagellis percutiendo, Corpus suum Tyrannũ vocitans. Vtq; ipsius carnis quae infensissima aduersaria est, vim restringeret, ferream catenulam in corpore nudo gestabat, quam post mortem ipsius, i carnẽ penetrantem inuenerunt. obiit in Conuentu Iudeensi, Anno Dñi. 1636. die 6. Decembris, ibidem sepultus. Vir simplex, et à malitia purus et integer. Teste Christopher Zoniewski Conuentus Cracou. professo seniore. et aliis plurimis fratribus, eodem tempore viuentibus, et cũ illo commorantibus. Vitâ Sanctimonia clarus.

Andreas Tarnouius professus Casimiriensis et Prior eiusdem Conuentus, obiit Anno Dñi. 1646. die 12 April.

40.

Nicolaus de Radomsko, suaue iugum Domini subiens, Religionem nostram intrauit. is presbyter factus, sacra loca saepius cum licentia sui superioris, propter mortificationem carnis visitabat. pane et aqua aliquando contentus, quotidiano victui detrahebat, ut inde haberet, quod pauperibus in eleemosynam traderet. Voluntariae paupertatis, vigiliarum, ieiuniorum, orationum, studiosissimus. Christianae doctrinae praeceptis et institutis, quae ad vitae salutem necessaria essent, pueros, cunctosq; alios imbuebat libenter, mysteriaq; eis fidei dilucidè explicabat. Morbo correptus in Infirmario decumbens, imaginem Beatissimae Virginis Mariae filiolum suum in vlnis gestantem respiciens, dulciter delectabatur, et eidem Dominae animam suam commendans, et oẽs qui aderant suauiter pièq; alloquendo, offensionum ab eis veniam, profusis lachrimis petiit, verbisq; his prolatis, In manus tuas Dñe commendo spiritum meum, animam Deo reddidit. Anno Domini. 1610. die 22. Septembris. Vitâ Sanctimonia conspicuus.

Anno Domini. 1628. die 14 Julii. Venerabile Sacramentum, cum pixide argentea, de Ecclesia S. Jacobi, Casimiriae, fures abstulerunt. Haec ideò scribuntur vt Sacristiani Custodiant Ecclesiam, et benè occlusam teneant. SS. Sacram. furto ablatum.

Anno Domini 1648. Die 19 Julii. In Dominica Confraternitatis, post vesperas peragebatur processio, per Caemeterium circa Ecclesiam nostram, cum Venerabili Sacramento, et ecce ante portam Monasterii, cecidit SS. Sacramentum ex Monstratorio in terram, quod non benè erat occlusum, cum non parua perturbatione fratrum religiosorum, qui antecedebant cũ luminibus, et plebis quae sequebatur. Monentur hoc casu Sacristiani, quatenus prouidè includant Hostiam sanctam. SS. Sacram. Cecidit ex Monstratorio in terram.

Anno Domini. 1625. Die 24 Junii. Inundatio Vistulae, multa intulit damna, praesertim salis, (qui depositus erat in littoribus Vistulae,) plusqm 400 vasa submersa.

Anno Domini. 1649. die 14 Januarii. solennem ac pompaticum, Regis Joannis Casimiri, eius nominis Quarti, pro capessenda Regni Corona, ingressum, celebrauit Cracouia. tunc Cives Casimirienses, cum magna omnium laetitia, et applausu, non minori splendore, et apparatu, obuiam Regi suo processerunt. Et inprimis vexillum, (in quo erat alba aquila depicta,) centum militibus equestribus, tanquam ad praelium instructis, atq; quinq; tubicinibus, et qui tympana pulsabant, adornauerunt. Praeibat ante Ingressus Regis Casimiri Cracouiam.

Vexillum Consul Casimirien, inter arma splendentia, ipse splendide vestitus, equo phalerato insidens. Subsequebantur Cives Casimirien, septem vexilla opificum, bene vestiti, cum bombardis. Enam tunc quaelibet Congregatio opificum, habebat suum vexillum, et in qualibet congregatione, praecipue pellionum, sartorum, sutorum, piscatorum, viginta Magistri inveniebantur) ipsi Consules duabus vicibus eventi, sub arcem Zobrow dictam. quos cum Rex aspexisset, qui nam essent interrogavit? et cum esse cives Casimirienses didicisset, sereno vultu Consules, uno ex Consulibus perorante, et Cancellario Regni Georgio Ossolinski respondente, ad osculum manus suae excepit. Sub id tempus, Triumphatum est Casimiriae, viginti tormenta bellica habuerunt Consules, et tribus vicibus exploserunt, et in praetorio, viginti et unam ollam vini pro salute Regis consules epotasse, gloriatur in suis Manu scriptis, Martinus Goleski Consul Casimiriensis.

Triumphus Casimiriae.

Circa haec tempora, Conventus noster, habuit Advocatum, et scabinos, et carcerem; conquesti sunt coram Rege Consules Casimirienses, admonitus praepositus, hanc Advocati, et scabinos, extinxit, et omnes inquilinos, qui in domibus Conventus manebant, Jurisdictioni Magistratus Casimirien subiecit.

Advocatus, et scabini, Conventus.

Circa haec quoque tempora, D. Martinus Kłodzinski praepositus, proxime post introductionem suam, quolibet anno, In festo purificationis B.V.M. secundum Rubricas Missalis, coepit distribuere Candelas, Fratribus, Magistratui, et Civibus, quae consuetudo non erat antea: has vero candelas emebat pro peccunia, quam fratres collegerant ex avena visitando domos civium, post festum Epiphan. Dni, ex qua aliquando Centum florenos attulerant, et post Suecos fl. 70 circiter. Haec consuetudo distributionis Candelarum servabatur, ad Annum 1679, quo haec scribuntur.

Distributio candelarum in festo purif. B.V.

Sub id quoque tempus, s. circa Annum 1630. Quidam vir pius, Joannes Ishrzyc, alias Pokora, Notarius Civitatis Casimirien, petiit D. priorem, et patres conventus nostri, quatenus ipsi, singulis Dominicis diebus, post processionem, ante maius altare, cantent, pro opportunitate temporis Antiphonam, s. sub tuum praesidium. cum vers. et coll. In Quadragesima, Media vita. cum vers. et coll. Tempore paschali: Regina coeli. cum vers. et coll. ipse vero gratitudinis ergo, bis in anno s. pro festo s. Joannis Baptistae in Junio tres ollas vini: pro festo s. Joannis Evangelistae tres ollas vini, offerebat; Et haec faciebat per multos annos, quoad vixit.

Devotio cuiusdam Notarii.

His temporibus, Quidam Civis Casimirien, Blasius Pracudowicz, cum Regina coniuge sua, in lapidea sua propria, in platea Cracovien sub signo Leonis sita, inscripsit censum reemptionalem, pro Missa defunctorum, prima die cuiuslibet mensis recitanda. Hic quoque, in eadem lapidea inscripsit trecentos florenos, pro censu reemptionali fl. 21, pro lignis ad calefaciendas fornaces patribus Senioribus Conventus nostri. Quam summam trecentorum floren. D. Hyacinthus Liberius praepositus, accepit a Joanne Smarlowski Consule Casimirien successore in lapidea, et hac peccunia, similem summam, quam habebant inscriptam Religiosi in Rupella s. Stanislai, super domum Conventus nostri in Circulo Casimirien, in platea eundo ad s. Catherinae templum persolvit.

Fundatio pro lignis patribus Senioribus.

Anno Dni. 1644. Statim post decessum Adm. Rndi D. Martini Kłodzinski, praepositi, attendendo ipsius praeclara merita in Congregatione nostra, capitulariter constitutum est, ut perpetuis temporibus, quolibet anno, in die Anniversaria depositionis eius, missa cantata pro anima ipsius peragatur, et per omnes patres eodem die Missae celebrentur.

Anniversaria Dies. Martini Kłodzinski praepositi.

Anno Dni. 1627. Martinus Kłodzinski deputatur in Commissariam cum aliis. 1 Junij circa vitam et miracula B. Joannis Cantii.

Anno Dni. 1646. In octava ss. Corp. Christi, Petrus Gembicki, Epus Crac. tractabatur in Refectorio Fratrum, a D. Hyacintho praeposito, Liberio cum aliis hospitibus, invitatus.

Epis. Crac. tractatur a D. praepo.

HYACINTHVS LIBERIVS. S. TH. D.

Duodecimus Conuentus Canonicorum Regularium Lateranensium, & Ecclesiæ SS: Corporis Christi Generalis Præpositus.

Iustis funebribus, sumptu non modico, Martino Kłoczynski Præpo
sito, peractis, Hyacinthus Liberius Coadiutor, in eius locum, antea
electione Venerandi Capituli assensu electus, et à Sede Apostolica
Confirmatus, mox successit, tanto omnium fratrum Canonicorum applau
su, vt nemo fuerit, qui non ei hunc honorem gratularetur. Episco
pus quoque Cracouiensis Petrus Gembicki, propensum suum erga illum
animum declarauit, cum Confirmationem ipsius gratam habuerit. Illius
quoque vitam, mores, et Conuersationem, mihi omninò ingrato silentio præ
terire non licet. Casimiriæ ille hâc oriundus, patre viro Consula
ri, adolescens, accuratiori à parentibus studio educatus, posteaquam
ex ephebis excessisset, ac domi primis literarum rudimentis excultus
esset, in Academiam Cracouiensem, exactioris scientiæ capessendæ ca
usa se contulit, inde Monasterium Canonicorum Regularium ingre
ssus, professione facta, in sinum Academiæ Cracouien denuò secessit,
Vbi non exigua opera literis impensa, mox primò Baccalaurei,
post Magistri Philosophiæ, insignitus laureâ, publicè cæteros erudi
re cæpit, et conceptæ de sua Virtute multorum magnorum Virorum
opinioni, præclarè respondit: Breui à Martino Kłoczynski Præ
posito in exteras nationes missus, Romæ tribus annis mansit, Medi
olaniq fratribus Canonicis // tribus annis // Philosophiam legit; post hos consumptos la
bores, Theologiæ laureâ Doctorali ornatus est. Reuersus ad natale so
lum, In Monasterio suo Prædicator Ordinarius, et Lector Philosophiæ,

	nec non Magister Novitiorum factus, quod docendi munus, à Superioribus impositum, non inuitus accepit; et hoc dum per aliquot exequitur annos, postulatus est à Sere
II Cervenen sis.	nissimo Principe Poloniae, Carolo Ferdinando, pro tunc Abbatiae Canonicorum Re gularium Administratore, ad instruendam illam Canonicam. Vbi tres annos legendo Phi losophiam, et Theologiam, et concionando, consumpsit. Reuocatus ad proprium Monasterium, Ipse illum omnibus Canonicis, et ipso Principe dimittentibus, Coadiutor Praepositi Martini Kloczynski electus, et post mortem eiusdem successit. Qua dignitate vix susceptâ, ab Episcopo Cracoviensi Petro Gembicki, Visitator Monialium in dioecesi Cracovi ensi factus. Breui post ab Andrea Trebicki Episcopo Cracoviensi, Censor libro rum, in dioecesi Cracouien constitutus: Cui etiam istius officium Commissarii in va
Labores D. Praepositi.	riis Ecclesiae negotiis deferebat. Domi non segnis sed insignis Oeconomus, nam initio regiminis sui, demolitis in Dormitorio communi fratrum, ligneis cellis, no
Commissarig. eriium Conventi um Monialiu perpetuus. Supellex Eccl.	uas de latere cocto erexit. Januam ante ingressum Monasterii de lapide dola to, et super eam hyppocaustum pro Priore Conuentus exstruxit. Supellectilem Ecclesiasticam satis abundè auxit, quam hic enumerare in specie longum esset, cum haec omnia regestris Ecclesiae sint connotata. Ostium Marmoreum ante Sacri stiam erigi curauit, et supra Epitaphium cum expressa imagine Antecessoris sui.
Confraternitas Literatorum.	Confraternitatem Literatorum Annunciatae B. V. M. sub titulo, Ecclesiae suae ab Innocentio X. summo Pontifice impetrauit, et introduxit. Molendina omnia circa Cracouiam in suburbio, per Suecos demolita, ipse post egressum Cracouiâ Suecorum, Vnum molendinum impensis Conuentus aedificauit. Capellam B. V. Mariae in Ecclesia
Capella B. V. M.	sua, antiqua demolita, ex lapide secto, pulchro opere, ut videre est, ex fundamentis ere xit, laminis aureis desuper contexit, intus picturis et imaginibus, et nouo altari orna
Organa no ua.	uit. Organa noua deaurata, 25 vocibus constan, demolitis antiquis tribus tanti vocibus etiam destructis, constan, erexit. Altaria duo ante Consules Ciuitatis, et sca binos, comparauit. Capellam in Coemeterio sub turri Ecclesiae, in qua Historiam Dñi Xti in horto orantis posuit, aedificauit. Domos ligneas in Ciuitate aliquot, ad Con uentum coemit, et lapideas nouas coemit, et collapsas, vel a Suecis dirutas, exstru xit. Sedilia in ampliori choro pro populo, antiquis eiectis, exstrui curauit, et auro
Iurium Eccl. defensor.	exornauit. In propulsandis Ecclesiae illatis iniuriis, atque tuendis iuribus et liber tatibus, acerrimus defensor semper extitit, nam cum Consulibus Casimirien pro do mibus Monasterio addictis certando, facta Commissione, ac lustratione domorum, in per petuum euicit. Subditorum sui Monasterii patronus insignis, nam quindecem flore norum millia, variis temporibus, pro illis subleuandis, et à militibus defendendis expendit. Ipse plebis suae curae commissae, et verbo, et opere magister, nam Conciones per se in Ecclesia sua, et in variis Ecclesiis Cracouiensibus habitas, et satis elaborato stylo conscriptas, in vnumque volumen redactas, De Beatissima Virgine Maria, viginti; et de S. Hyacintho tres, et de S. Augustino vnam, typis mandari fecit, cui operi im

posuit titulum: Gospodyni nieba y ziemie Naswiętsza Bogarodzica Marya; quem librum Petro Gembicki, Episcopo Cracouien. inscripsit. Breui post, Conciones Triginta nouem, publico dedit, pro festis Domini solemnibus per Annum, quibus adiecit Conciones de S. Ignatio fundatore Soc. Jesu, et de B. Joanne Cantio Academiæ Cracou. professore. et stenas varias, cui operi imposuit titulum: Gospodarz nieba y ziemie Chrystus JESUS. quas Conciones, Andreæ Trebicki, pro tunc Episcopo Cracouiensi, dedicauit. Insuper edidit et Triginta Conciones de Beatissima Virgine Maria, super Hymnum Aue Maris stella, quibus imposuit titulum: Gwiazda morska, Naswiętsza Panna Marya. et hoc opus suum Michaeli Korybuth, primo Regi Poloniæ eius nominis, inscripsit. Idem præpositus, Humanitate et liberalitate nemini secundus, nam Episcopos Cracouienses aliquot vicibus publicè in Refectorio communi tractauit. Capitula generalia, quolibet triennio celebrauit. Eius temporibus, fundatum est Monasterium Stanimense, à Leone Casimiro Sapieha, M. D. Lituaniæ Vicecancellario. In summa, quicquid pro Ecclesia sua, et Conuentu, fecit, scripsit, addixit; difficilè dictu, quantum de charissima sibi sponsa merebatur. Ipse innata benignitate, prudentia, grauitate, modestia, conspicuus, futurisq. sæculis, et posteris inuidendus, ob morum suauitatem, mansuetudinem, et pudicitiam, cunctis acceptus. 37. Conciones typis datæ. Fundatio Conuentus Stanimensis.

Anno Domini. 1645. Initium sumpsit deuotio in Ecclesia nostra. nam Confraternitas Quinq. Vulnerum Dni. Jesu, quæ hactenus habuit festum principale, Exaltationis S. Crucis, mutauit in festum Inuentionis S. Crucis, ut simul eodem die condecoraretur memoria obitus B. Stanislai Casimiritani, et hac die, et aliis sequentibus annis, in Votiua missa, quæ de SS. Trinitate ad eius sepulchrum solenniter celebrabatur, bellica tormenta maiora in foro Casimiriensi explodebantur, similiter in processionibus et Conclusione; Religiosi ex variis Conuentibus ad celebrandas missas inuitabantur. Conciones in vtrisq. vesperis, et manè ante summum sacrum ab extraneis prædicatoribus, et Oratio latina, in Minori Choro, ante Vesperas, à professore Academiæ Cracouiensis habebatur. A. D. 1645. Dies Anniuersaria B. Stanislai Casimiritani.

Anno Domini. 1646. Hyems niuibus abundans, et frigore acerbissima, à festo S. Catherinæ in Nouembre, usq. ad medium Quadragesimæ durauit, post, horrenda inundatio Vistulæ, glacie confracta, pontibus et domibus formidabilis, subsecuta est. A. D. 1646.

Eodem Anno. Monstrum visum est Casimiriæ, die 8 Maij, In festo S. Stanislai Episcopi et Martyris, Mulier quædam Villana, attulit puerum ad Ecclesiam S. Stanislai in Rupellam, qui puer habuit vnum caput, et quatuor manus, ac quatuor pedes, ventres et genitalia maris, duo: cum isto puero sedens, petebat à prætereuntibus eleemosynā. Monstrum. Illud vidit Martinus Golenski consul Casim. et notauit.

Anno Domini. 1647. die 7 Junij. Studiosi Cracouienses, quendam Lutheranum Abstinum dictum, Casimiriæ in platea Cracouien. in lapidea conducta manentem, inuaserunt, multaq. damna in aromatibus (quæ vendebat) fecerunt: post citationem Consulum, et Ciuium Casimiriensiū, et post diligentem inquisitionem, nihil penitus, pro illatis damnis factum; nam qui tumultum et rapinam fecerunt, fugerunt. A. D. 1647. Lutheranus spoliatur.

Eodem Anno. die 7 Augusti. Fulmine percussa turris Ecclæ SS. Corp. Christi, et trabe vnā conuulsā, fulmen per testudinem foramine cecidit in sepulchra. Fulmen.

Eodem Anno. die 15 Augusti. stradomiae, Lapidea igne consumpta, et aliquot domus.

A.D. 1648. Anno Domini. 1648. Quo tempore Chmielnicius, cum maxima Cosacovum colluuie, totam Russiam, vastauerat, eodem ut supra anno, die 20 Nouembris, oppidum Crasnicense, cum Monasterio, et Ecclesia, ab ijsdem Cosacis deuastatum. Hi matutino tempore, post missam in Ecclesia celebratam, oppidum inuadentes, primò per domos cursitare, ferro cunctos obuios trucidare caeperunt, deinde infantes coram genitoribus suis ut agniculos mactabant, in xenodochio pauperes occidebant. Homines ad Ecclesiam confugientes, effractis foribus vniuersum pauimentum templi trucidando, sanguine respersserūt, sepulchra aperiebant, mortuos eiiciebant, fenestras Ecclesiae, organa, altaria securibus confringebant, Imagines et Christi Crucifixi insignia conculcabant, nihil penitus intactum relinquentes. Ibidem Religiosum Dominicanum hospitem, qui missam ante aduentū eorū celebrauit, occiderunt: nam praepositus Vitus Wrzesłowski cū fratribus, Zamosciū ante duas septimanas discesserat, timore aduentantis hostis perterritus. O quam amarae lachrimae, quanta suspiria, quam miserabiles voces emittebantur, inter tantas caedes! Inde Monasterium inuadentes, multos saeculares occiderunt, inter quos Joannem Malonowski, olim praepositum Crasnicensem, senem, ac infirmum, in lectulo decumbentem, primò uariys suppliciis (ob spem peccuniae) affectum, interemerunt. post tres horas oppidum sanguine vndique respersum, et cadaueribus repletum relinquentes, recesserunt.

Oppidum Crasnicen. et Monasteriū Cosaci deuastant.

A.D. 1649. Anno Domini. 1649. Die 14. Januarij. Ingressus Regis Joannis Casimiri IV. Cracouiam. 15. January, sepultura Vladislai IV. Regis poloniae, deducebat corpus ex Cemeterio B.V.M. in Circulo Cracouiensi. 16. Januarij, Coronatio Regis Casimiri IV. 2. Februarij, salutabant Regem Ciues Casimirien. in Arce, et obtulerunt Caueserum argenteum deauratum, alias Rostruchan, valoris flor. 300. et in illo aureos 50.

Confraternitas Literatorum.

Anno Domini. 1650. Introducta est Confraternitas Literatorum sub titulo Annuntiationis B.V. Mariae, ad Ecclesiam nostram.

A.D. 1650. Eodem Anno. die 21. Martii. Milites clepardiā venientes, violenter volebant intrare Casimiriam, quare cognitā, Ciues Casimirienses, dato signo per campanam in praetorio, cuncti armati occurrerunt ad portam Castrensem, et orte tumultu, multi ex militibus à plebe lapidibus vulnerati, currusque ipsorum disciscente tumultu... vulnerati, currusque ipsorum direpti; quare expulsi, clepardiam redierunt; citati tamen à militibus consules Casimirienses ad Castrum Cracouiense, pro illatis sibi iniuriis solum quingentos florenos per decretum acceperunt, milites.

Milites Casimiriā pellūtr.

Sub id tempus. Quidam Georgius Kiewiarowski, Canonicus Regularis, professus Tremenesensis, nobili genere natus, morabatur Romae, ibi postquam resciuit, de obitu Abbatis sui Tremenesensis, Abbatiam impetrauit, nec non Generalis omnium Conuentuum Canonicorum Regularium per totam poloniam factus, constitutionesque impressas Canonicorū Regularium attulit, et excommunicationem in Regem et Episcopos, si illum aliquo modo impedire vellent; interim à Rege et

Generalis Canon. Reg. in polonia. non receptus.

Archiepiscopo Mathia Lubienski datus est Abbas Conventui Tremesnensi. Reversus ille in Poloniam, pro Abbatia confusionem, et carceres obtinuit. Tamen successu temporis, factus erat, Referendarius in Lituania.

Jubilaeum.

Annus Domini. 1651. Celebritate Jubilaei magni, per 18. Septimanas Cracoviae insignis.

A.D. 1651.

Anno Domini. 1652. Pestis atrox, Universam Poloniam, toto ferme anno vexabat. sub id tempus pestis Maria Gonzaga Regina Poloniae, misit Varsavia, certam peccuniae summam, Cracoviam, pro peste infectis, ut illis procurarentur Syrurgi, Medici, resque medicinales. Casimiriae dabatur haec eleemosyna, a die prima May, usque ad 31 Julii, qualibet septimana floren 114. post flor. 300.

Crac. 24000
Casim. 2578.
Stradom. 270.
In podbr. 120.
Judaei. 3500.
peste mortui.

A.D. 1652.

Eodem Anno. Inundatio Vistulae maxima. sub idque tempus, aqua multos peste infectos, in tuguriis ante muros Civitatis iacentes, absorpsit. Cessante vero peste, ex mandato Regis et Reginae Poloniae, Facta est revisio peste sublatorum, per Consulem Cracoviensem Sebastianum Zacherla, et numerati sunt, Cracoviae, Casimiriae, et in suburbiis, 35 millia, et 638. Tanta tunc vis morbi fuit, ut aliquem nunc validum in platea cernens, sequenti die humatum fore audires. singulis diebus

peste sublati.

plusquam 50 funera apparebant.

Annus Domini 1655. sequitur, toti regno Poloniae lugubris, atque ad omnem posteritatem memorabilis, quo arma externa in Poloniam, ab ipsismet principibus Poloniae, per suecos introducta sunt; quae miseram tunc hanc provinciam, continentibus direptionibus, rapinis, incendiis, civitatum ac templorum eversionibus, caede virisque omnibus; alia super aliam cummulatis belli cladibus, duobus continuis annis, laceraverunt, ac deformaverunt. Nam cum Carolus Gustavus Rex sueciae, exigentibus demeritis Polonorum, iusto Dei iudicio saevire in eos et grassari permissus, in Poloniam cum exercitu suo venisset, ubi fama tam horrifera rei, quod Posnaniam cepit, Cracoviam pervenit, è vestigio pavor omnes occupavit, sed inprimis exanimavit Regem Casimirum, qui in fuga subito fuit. Ergo 19. septembris, venit Cracoviam Casimirus Rex, et Universus exercitus cum eo, verum quia militibus stipendia non solvebantur, rebellione facta, cuncti discesserunt. Rex vero cum Regina, hostis adventantis fama perculsi, in Silesiam discessit, et cum non modo rei huius nova perturbatio "invasit, sed omnia suecorum viribus posse expugnari praedicarent homines, quare omnes fugam potius, quam arma meditabantur, ac proinde cuncti nobiles, ac Cives, per Hungariam, Moraviam, et vicinas regiones dispersi. Interim omnia suburbia Civitatis Cracovien:, cum templis, ac Monasteriis, igni succensa. Tandem die 26 mensis Septembris, die Dominico, Carolus Gustavus Rex sueciae cum exercitu suo" nemine prohibente, venit primo Casimiriam, et sedit per quatuor septimanas in Monasterio nostro, nam denegabatur illi aditus Cracoviam, per Stephanum Czarnecki Castellanum Kiioviensem. Variae et graves Curae hoc anno patientiam Hyacinthi Liberi praepositi exercuerunt: nam ipse paulo ante adventum suecorum, thesaurum Ecclesiae, et privilegia Conventus secum portans,

A.D. 1655.

Bellum in Polonia.

" Omnes

" ac Hieronymo Radzeiovio Vicecancellario Poloniae, et patriae proditore,

Ibidem redimen do thesauru Eccl. quod accipiebat ? bello contra Suecos, à Polonis, dedit mille florenos.

in Moraviam diverterat, ibiqz in Monasterio Fulnecensi Canonicorum Regularium mansit, alii fratres, prout quisqz potuit, in tanta praesertim rei, et temporis angustia, alia quaesivere receptacula. Porrò occupatâ cum furore summo, à Suecis Casimiriâ, milites obvia quaeqz diripiunt, depraedanturqz, invadunt etiam Ecclesiam, nullaqz sacri loci habita ratione, homines ad eam confugientes etiam vestibus exuunt. Ca[illegible] nobis quoqz portis occupatis, portularum Monasterij, virum saecularem primò occiderunt, mox Fratrem Jacobum Mrowinski Subdiaconum, dispensatorem interfecerunt, cumqz ultimum periculum gravioris alicuis tumultus imminere timerent fratres caeteri, supra templi tecta fugerunt.

Monasterium et Ecclesia spoliantur.

Sub id temporis, Praepositi domicilium, cellas omnes fratrum spoliatas: duo millia florenorum, à Praeposito Fratribus relicta, accepta. Sexaginta vasa butyri in promptuario, et plurima in frumentis, ob periculum imminens ex praediis advecta, et congregata: Vini quoqz aliquot dolia: et oia penè in praedam militibus cesserunt.

Eadem tempestate, duas pixides argenteas, cum venerabili Sacramento in Ciborio acceptas, et Corpus Christi in Caemeterio proiectum: per duas septimanas, nec missae celebrantur, nec campanae pulsabantur, sed omnia calamitatibus, horrore, et confusione plena aspiciebantur. Cumqz post aliquot dies facta esset Civibus Casimiriensibus facultas domos suas revertendi, fratres quoqz porrectis supplicibus literis Regi Suecorum, quotidianum victum ex culina communi obtinuerunt, in Oratorio manentes, et dormientes, et comedentes, extraditoqz uno ex thesauro Ecclesiae iussu Regis calice, (nam claves penes Regem manebant) missas sub silentio in Ecclesia celebrabant.

Interea Die 19 Octobris, per pacta ingressus est Rex Sueciae Cracoviam, visisqz omnibus in Arce, et Ecclesia, discessit Varsaviam, et ante discessum suum aperuit thesaurum Ecclesiae nostrae, in quo erant aliquot vasa argentea ad ministerium altaris, à Praeposito de industria relicta, tum ad usum fratrum, tum ne forte obthesaurum absconditum ab Sueticis cruciarentur, ubi calices 9. Delaborium seu Monstrantia SS. sacramenti minor, argenteum deauratum. Candelabrorum argenteorum paria quatuor. Capita argentea duo, in quibus occlusae erant Reliquiae S. Crisillae Virg. et mart. S. Mauritii Martyris. Item Reliquiae notabiles S. Flaviani Martyris, et S. Timotei Epi Martyris, singulae argenteis thecis inclusae. Item Cruces argenteae duae, quas in processionibus presbyter hebdomadarius gestabat. Crux altera nigra, undiqz argento obducta, in processionibus funebralibus ante fratres portari solita.

Item duas amphoras argenteas magnas, singulas tres ollas capientes vini, in quibus servis ante Ciboriu̅ ponebantur.

Turribulum argenteum cum navicula argentea; Item casulae, pluvialia et alia Ecclesiastica vestimenta. Item duodecem millia florenorum, cum thesauro Ecclesiae ex Monasterio Hurdwacensi, huc quasi ad locum tutum, post discessu̅ Praepositi in Moraviam advecta. Insuper omnia scrinia Civium cu̅ suppellectili eorum, deposita quasi in tuto loco, omnia haec Rex Sueciae suis aulicis tradidit. Praedicator quoqz Regis Sueciae Sueticus,

Bibliothecam Conventus optimis libris, (inter quos omnia opera S. Augustini, et alio rum Doctorum erant) et Ecclesiam plurimis imaginibus pulcherrimis, ab Italis depictis, spoliavit. Interea tot mala loco sacro illata, campanas Ecclesiae volebant deponere, et in profanos usus diffundi, nisi fratres precibus obviassent. 39.

His itaque peractis, Rex Sueciae, ante discessum suum, Paulum Wirtz, constituit Generalem Administratorem Urbis Cracoviensis. Tunc coepit generalis munire Cracoviam, et Arcem: tunc tota Stradomia cum Ecclesiis funditus diruta, et non sine multis Civium lachrimis solo aequata. tunc Cracoviâ, omnes pauperes, homines vagi, sacerdotes saeculares, et Religiosi pulsi, ad quodlibet Monasterium et Ecclesiam, duo vel tres tantum presbyteri manere permissi: tunc Cives omnes per domos singulas cum familia conscripti, et qualibet septimana per Revisores in singulis domibus numerati; necnon singulis septimanis, in qualibet domo, omnes anguli, et cellaria, lustrabantur, si forte aliqua arma, aut instrumenta ad defen. occultata, invenni possent. Sub id tempus belli per duos integros annos quibus Sueci morabantur Cracoviae, nec campanae Ecclesiarum pulsabantur, nec horologia, nisi Casimiriae in Ecclesia nostra tantum, facultate a generali obtenta. Fores domorum et lapidearum die noctuque apertas, et fenestras occlusas habere praeceptum erat. Servabatur etiam summa custodia in portis duabus Urbis, (caeteris semper occlusis) Castrensi, et S. Floriani: advenientibus et exeuntibus lustrabantur capsi, et currus, quod ferant, et efferant. Panem vel ad victum necessaria exportare grave periculum erat. In Adventu Sueciae Regis pro salutatione coacti sunt Cives Cracov. offerre flor. triginta millia, quod, si non fecissent, spoliaret Urbs a Sueciis. Post egressum Regis per totu tempus belli, civibus Cracou. gravis contributio imposita, quatenus quolibet mense, Generali Suecorum sex millia flor. pro subsidio belli daren. Judaei vero duo millia florenorum quolibet similiter mense. Oppressio gravis.

Hoc tempore calamitoso videre erat Judaeos infideles, ad diruenda templa cu Sueciis promptissimos, qui assumpto Suecorum habitu, cu illis oppida, villas, invadentes, incolarum domos, et Ecclesias spoliabant, alii direpta caementer, vestes sacras Ecclesiae in alias formas vestium transformabant, alii vasa sacra in scyphos et pateras conflabant. Hi etiam, variis modis, generali Suecorum persuadebant, ut Ecclesia S. Laurentii dirueretur, nisi fratres precibus, et rationibus, quod nullo impedimento haec Ecclesia ad occupandā Casimiriam esset, occurissent. Eadem calamitate, Casimiriae, plurimas domus dirutas, et tempore hyemis igni traditas. It Eccl̃a S. Leonardi cū xenodochio post muros Casimirien. Judaeorum perfidia. S. Laurentii Eccl̃a in periculo.

Eodem Anno. Oeconomus villarum conventus nostri, ex omnibus praediis pecora congregata s. oves, equos, et 120 vaccas, adduxit intra montes (fugiendo Suecos) ad Conventum nostrum Sucheisem, ubi 70 vaccae, peste infectae interierunt. Vaccae Monast. 70. peste interierunt.

Anno Domini. 1656. In mense Julio. Inundatio Vistulae, plurima intulit hortis, et agris adiacentibus, damna. A. D. 1656.

Anno Domini. 1657. Generalis Suecorum, accepta notitia, Polonos reassumere vires, et omne studium adhibere velle, in ferenda obsessis ope, et quod conductis militibus Caesarianis, Urbem Cracoviensem oppugnare cogitabant; adscivit A. D. 1657.

sibi in auxilium Georgium Rakocium palatinum Transyluaniae, qui die 1 Januarii,
cum Hungaris, et kozacis, venit Cracoviam; relictisq in Civitate Casimiriensi aliquot milli
Hungari et Cosaci contra Polonos. bus Hungarorum, ipse cum Cosacis totam vastavit poloniam. Noua tunc fratribus nostris ac
cessit calamitas, nam Monasterium totum occupauerunt, in Hyppocaustis praepositi, et in promptu
ariis, equos statuerunt, ipsi sordidi, plurimi peste absumpti. Post haec, in Julio venit exer
citus Caesarianus, ad ferendam opem polonis. Constructus exercitus ante portam Casimirien
sem, Bochenska dictam, quae porta bellicis tormentis, cum parte muri diruta: quo tempore
globus è tormento explosus, trabem unam, sub tecto testaceo Ecclesiae nostrae, conuulsit. Quare
fatigati sueci et Hungari, de praesidio diffidebant, nam nulla ex parte illis auxilium
mitti videbatur; igitur per pacta cum generali suecorum facta, cessatum est ab expugna
tione Civitatis. Itaq die 28 Augusti, ipso festo s. Augustini, à Suecis et Hunga
ris recuperata Cracovia, et die 30 Augusti, Generalis suecorum discessit cu exer
citu suo, deductus à Caesarianis Stetinum; tunc sueci trecentos viginti quinq cur
rus, onustos spoliis Cracovia evexerunt. Et ex hoc tempore post recessum suecorum,
à die 4 septembris, Cracoviae, et Casimiriae, Caesariani milites 3000. pro praesidio re
Contributio gravis. manserunt, et ceperunt illis Cives solvere quolibet mense 24 millia florenorum. Haec
autem pecunia exigebatur in portis Civitatum, ab omnibus aduenientibus, vendere aliqd
volentibus, et vocabatur ACCIZA. Erat et domestica Contributio Civium, qualibet septi
mana, et vocabatur SERVIZ.

Eodem Anno. pestis caepit grassari, sed breui tempore. Ad haec usq tempora, ex omni
bus Ecclesiis Cracouiensibus, et a s. Floriano, et ab Ecclesia in Arenis PP. Carmelitarum,
processiones fiebant ~~[illegible]~~, cum venerabili sacramento, ad Ecclesiam nostram
SS. Corporis Christi, Casimiriam, in Octaua eiusdem festi. verum post suecos Episcopus Craco
vien, omnibus Religiosis et saecularibus parochis indixit, quatenus ipsi, cum Reliquiis sanctorum
tantu, processionaliter tamen, deducant Cathedralem processionem Casimiriam, ad Ecclesiam
nostram, in Octava SS. Corporis Christi.

A. D. 1658. Anno Domini. 1658. Duae Domus ante kapellam s. Stanislai Casimiriae,
incendio fortuito combustae.

Pace tandem patriae restituta, ingressus est Rex Casimirus Cracoviam, quem Consules
Casimirienses salutando, obtulerunt Centum Imperiales, et Cancellario Regni, vas sendoli
um vini. Habuit tunc Magistratus Casimiriensis viros egregios, et illustres, s
Mathiam Casimirum Treter, virum Academicum, philosophiae Doctorem, primò
scholae nostrae seniorem, postea Consulem Casimiriensem, qui agens pro-Consulem,
Magistratus Casimirien. Quales? in collegio Juristarum, publicè I.V.D. creatus. eundem S. R. M. Secretarium,
et Georgii Lubomirski Comitis in Wisnicz, et supremi Regni Marschalci, et
Exercitus Campiductoris, capitaneiq generalis Cracovien, salinarum Wielicien Admi
nistratorem; qui post in Coronatione Michaelis korybuth Regis poloniae Eques
auratus publicè creatus est. Habuit et Joannem Zyczynski, philosophiae Doctorem

et scholae nostrae primò seniorem, postea Consulem Casimiriensem, et similiter Equitem Auratum, in Coronatione Michaelis Korybuth, Regis Poloniae, creatum. Habuit et Paulum Przytułowicz, Philosophiae Doctorem, et Notarium publicum: olim Ecclesiae nostrae SS. Corporis Christi, seniorem. Habuit et Nicolaum Lubecki, Notarium publicum. olim Consistorii spiritualis Cracou. Actuarium. Laurentium Topowski, Organarium ordinarium Eccl[esi]ae Cathedralis Cracou. Habuit et Andream Jasiowski, Vngarum natione, linguae latinae peritissimum. Martinum Misiecki, scabinum, Juris peritia insignem, et caeteros viros doctrina et virtute conspicuos. Andream quoque Susycki, Philosophiae Baccalaureum, Notarium Civitatis, et postea Consulem. 40.

Anno Domini. 1659. Die 21 Junij. Patres Eremitae S. Augustini, Casimiriae ad S. Catherinae Ecclesiam manentes, Imaginem S. Thomae à Villa noua, Confessoris et Pontificis, nouiter Canonizati, deducebant solenniter, ab Ecclesia SS. Trinitatis, ad Ecclesiam suam S. Catherinae, praecedentibus Religiosorum omnium processionibus. A. D. 1659. processio cū imagine S. Thomae à Villanoua.

Eodem Anno. Die 7. Octobris. Milites Caesariani, expediti Cracouiâ et Casimiriâ, quibus pro retentis ex nunc SS duae Civitates, soluerunt 60 millia florenorum. tunc Cives Casimirien. dederunt decem millia floren.

Anno Domini. 1660. Vita B. Stanislai Casimiritani, prelo data. A. D. 1660.

Eodem Anno. In Civitate Judaeorum, lapidea corruit, et octo Judaeos ad mortem oppressit, caeteri Vulneribus affecti.

Eodem Anno. Cives Casimirien. ex Mandato Regis dederunt Donatiuum 1000 florenos.

Eodem Anno. Conuentus nostri in Lituania à Moschis deuastati. Antocollii Vilnae funditus dirutum. Bycsonien. Conuentus similiter, et thesaurus Eccl[esi]ae amissus. stonimum exustum, et Eccl[esi]ae pars. Conuentus n[ost]ri in Lituania à Moschis Vastantur.

Eodem Anno. Controuersia inter Conuentum nostrum et Consules Casimirien. ex parte Domorum, per Commissionem, et Decretum Andreae Trzebicki Ep[iscop]i Cracouien. et Commissarii, in perpetuum Complanata.

Anno Domini. 1661. Andreas Trzebicki Episcopus Cracou. Indulgentias ad septem Ecclesias, ad instar quae sunt Romae, impetrauit; ad decem Annos Valituras, et instituit ad Visitan. Ecclesias istas. 1. Ecclesiam S. Stanislai in Arce Crac. Cathedralem. 2. Ecclesiam B. V. Mariae in Circulo Cracou. 3. Ecclesiam SS. Trinitatis PP. praedicatorū. 4. Ecclesiam SS. Petri et Pauli. Soc. Jesu. 5. Ecclesiam S. Francisci ord. Minorum. 6. Ecclesiam S. Annae, collegiatam. 7. SS. Corporis Christi Canon. Regul. Casimiriae. A. D. 1661. Indulgentiae Romanae Crac.

Eodem Anno. Incepit Confoederatio militum, dicta, Zwiąsek świętobliwy, qui confestim omnia Regalia bona, Episcoporum quoque, et aliorum spiritualium, adeperunt, et pro libitu suo contributiones exigebant. Initio suae Confoederationis Cives Cracouien. dederunt 16 millia florenorum. Casimirienses Cives dederunt 6 millia. Judaei 4 millia. Conuentus noster ex villis 800 florenos. Sequenti Anno s. 1662. die 19 Februarij, Cives Casimirien. ijsdē militibus dederunt duo millia, et pro Victu expectantis militis peccuniā, expenderūt mille Confoederatio militum, ob non soluta, debita stipendia.

Contributio gravis.	floreno. Item 22 Julii, duo millia. Anno vero Dni 1668. Milites confoederati, Casimiriam
	ui intraverunt, pro quorum victu expen mille florenos, nam qualibet die 30 ollas vini consum
	pserunt, manenteq a die 1 January, usq ad 23 eiusdem mensis, consumpserunt vini ollas 500.
Ita Martinus Golenski pro tunc Consul Casimirien. notavit.	Exeuntibus coacti sunt dare 6 millia florenorum. Judaei quoq tunc dederunt 8 millia, et con
	tentationis mille florenos. Sub id tempus, cum aliis Religiosis, tum et Conventui nostro, duas
	ademerunt villas, scilicet Kunice, et Liplas. Cum autem videret Andreas Trzebicki Episcopus
	Cracovien, per duos annos, et ultra, confoederatorum, non minus quam hostilium exactiones gra
	uissimas non cessare, cum ne ipse ab iis molestiis immunis fuerat, nec quicquam monitionibus
	et rationibus proficeret: die 24 Aprilis, conuocatis omnium Religiosorum, et saecularibus Doctoribus
	Theologiae ac Juris, proposuit quaestionem: Vtrum possint absolui pro parte milites confoe
	derati? et cum conclusum fuisset, Non posse, et rationibus publico datis, per totam diuulgatum esset
	dioecesim, excommunicatione illos ferire decreuerat; qua perteriti milites, conuocatione
	generali facta, Bona Ecclesiae restituerunt. Quare pro persoluen stipend militibus, Con
Contributio capitalis.	tributio Capitalis (seu Pogłowne) in comitiis constituta, quam non solum saeculares, ue
	rum etiam Religiosi, et Episcopi, et nobiles cuncti, ipse quoq Rex cum Regina, a pro
	priis personis soluebant. Ciues per florenum unum et gr. 15. Episcopi per fl. 300, et
	alii iuxta taxam prouentuum: praeter Religiosos qui ex eleemosyna viuentes, et paupe
	res ostiatim mendicantes, et pueros qui decimum non excesserunt annum. Omnes per
	parochias à parochis conscripti. Hac igitur pecunia collecta, soluta sunt militibus stipen
	dia, et sic illa Confoederatio, siue vinculum militare solutum. Sub id temporis inuenti
	sunt conscripti in parochia nostra, ad soluen Capitalem contributionem homines 1518.
	Eodem Anno. Inundatio Vistulae, pluruima intulit damna.
A. D.	Anno Domini. 1662. Die 18 Maij. Gelu horridum, quo omnia olera se
1662.	minata, constricta interierunt.
Epist. Crac. tractatur.	Eodem Anno. In Octaua SS. Corporis Christi, Andreas Trzebicki Episcopus Cracov.
	tractabatur a Praeposito, in Refectorio Communi Conventus nostri, cum suffraganeo Nicolao
	Oborski, et quibusdam Canonicis Cracouiensibus. Et ante suecos, Petrum Gembicki, Epum Crac. similiter.
18. Augusti.	Eodem Anno. Inundatio Vistulae horrenda, plurima hortis, campis, intulit damna.
	Eodem Anno. Pestis coepit grassari, ab Augusti mense, ad festum Circumcisionis
	Domini. Tum supplicationes institutae, Musica interdicta, processio cum Ven. Sacr. in Circulo Casimirien.
	Sub id temporis, ubi post suecos feliciora arrisere tempora, laetiorq rerum faci
	es apparuit, atq facilior ratio regendae praepositurae successit, conuertit Praepositus
	suos oculos, liberalemq manum, ad comparanda noua sponsae suae Ecclesiae decora, sta
Capella B. V. exstructa.	timq insignem Organorum structuram in Minori Choro erexit. Et in Coemeterio ca
Et in Coeme	pellam, in qua Christus in horto orans cum discipulis, apparet spectantibus. Nec non ca
terio ogrodziec.	pellam Beatissimae Virginis Mariae, iam ante incursionem Suecorum inchoatam con
	tinuauit; in qua posteri deuotionem ipsius perpetuo legent. In cuius pariete ab ex
	tra, in tabula marmorea, tale Epigraphe posuit:

DEO OPT. MAX.
Sanctaeq Dei Genitrici MARIÆ.
Soli inter Virgines Matri, et inter Matres Virgini,
Nullius labis Ecclipsatae maculâ.
Gratiarum, et omnis sanctitatis abysso,
Augustissimae Vtriusq orbis Reginae,
Thesauri cœlestis liberalissimae dispensatrici.
Aduocatae pro nobis apud Deum potentissimae,
Afflictorum solatio, praesidio, Asyllo,
Dominae, Patronaeq suae clementissimae.
Indignus sacellanus, et seruus, sacellum istud ex
strui Curauit. Hyacinthus Liberius S. T. D.
Ecclesiae Suius Praepositus. Anno Reparatae
salutis. M.DC.LXII.

Anno Domini. 1663. Per D. praepositum citati sunt Priores, S. Catherinae et S. Stanislai in Rapella, et Praepositus S. Jacobi, quatenus ipsi secundū decretum Georgii Radziwili Episcopi Cracovien in festo SS. Corporis Christi deducant processionaliter cum SS. Reliquiis processionem Parochialem, per Civitatem Casimirien, et Euangelia cantent. A.D. 1663.

Eodem Anno. Organa antiqua in maiori choro, supra suggestum, sublata; similiter et duo latrones, sine inde circa Christum in Crucibus pendentes in medio Ecclesiae, et Longinus, et Centurio, a partibus Crucis stantes, sublati.

Eodem Anno. Die 19 Julii, Inuentus est Akadomiâ, in cellario diruto, infans mortuus, circiter quatuor septimanarum, in 19 locis, in ipsis venis, confossus, crebrescente magis magisq fama in Judaeos, post diligentem inquisitionem Episcopi et Castri Cracovien, processionaliter ad Ecclesiam nostram SS. Corp. Christi, tribus proclamationibus à praecone factis, deductus, et in capella B. V. M. Lauretanae sepultus. Infans crudeliter trucidatus.

Eodem Anno. Die 2 Augusti. Inundatio Vistulae, plurima intulit damna.

Eodem Anno. Andreas Trzebicki Episcopus Cracovien. Frequentes expositiones SS. Sacramenti in delatorio, et processiones, per omnes Ecclesias interdixit. Vnde in Ecclesia nostra qualibet feria quinta per annum expositio Vener. Sacram., et processio cum eodem, ad Summū Sacrum inclusiuè perdur. cessauit. Similiter in festo S. Annae, et in festo S. Laurentii. nisi in solis Dominicis Confraternitatis, et aliis certis festis ab Episcopo Concessis. Et quod per totam diem, in maiori altari in Monstratorio stabat, post summum Sacrum caepit asseruari, et pro Vesp. deinde exponi. praeter octauam SS. Corp. Christi. Frequenter expositiones SS. Sacram. interdictae.

Eodem Anno. Die 18. Nouemb. Judaeus perfidus, dictus Mathias Kalrova, disputans quadam die priuatim cum Dominicano germano, qui Conciones germanicè solitus erat habere in Ecclesia S. Adalberti in Circo Cracov., blasphemabat Christum Dnū, et Beatissimam eius matrem Virginem Mariam; sequenti die, scripti blasphemiis plenum, Judaeus blasphemans igni traditur.

proiecit in Ecclesia SS. Trinitatis ord. Praedicatorum Cracouiae, in stallo; ob quam causam captus, in Arce Crac. incarceratus: qui non contentus decreto Capitanei Cracou., in vinculis petricouiam adductus, ibidem post alia tormenta, igni traditus est.

Judaei in sua Ciuitate spoliantur. in festo s. Catherinae V. M.

Eodem Anno. Judaei a studiosis Cracouiensibus in sua Ciuitate spoliati, nam effractis parietibus ad Ecclesiam S. Laurentii, ingressi domos, multa damna intulerunt, concutientes fornaces, fenestras, vestes, peccunias, et quicquid inuenire potuerunt diripientes, usque ad synagogam veterem per domos discurrentes; quibus adiuncti sunt Rustici, qui carnes boum vendebant in foro Casimiriensi, Wolnica dicto (nam hoc erat die Sabbathino) nemine defendente, ac prohibente. His ita peractis, ex ciuitate non prius exierunt, nisi acceptis quatuor millibus florenorum, quam peccuniam cum Judaei ex tempore numerare non potuerunt, seniorem Judaeum Isaacum, illis pro obside tradiderunt, cum quo in schola nostra studiosi pernoctarunt; sequenti die Dominico, diuisa inter se peccunia a Judaeis oblata, Cracouiam abierunt.

A. D. 1664.

Georgius Giedsienski suffrag. Leopol.

Anno Domini. 1664. Georgius Giedsienski, nobilis ex Russia, professus Domus nostrae, praepositus per annos tredecim Wolbramensis, primo a fratre suo germano, fundatum nouiter ab eodem Cancellariatum inter Canonicos Leopolienses obtinuit, et Canonicus factus, post hoc, cum licentia D. Praepositi nostri, ordinatus est in suffraganeum Leopoliensem, die I. Junij Dnica Pentecostes.

Rustici Vielicienses volunt spoliare Judaeos. 60 rustici, ita notauit Martinus Golenski.

Eodem Anno. studiosi Cracouien., ante festum Ascensionis Domini, insurgentes in Judaeos, minati sunt illos igni succendere, ad quos custodiendos misit Marsalcus Regni, ducentos milites pedites, ipsique Judaei die noctuque super muros vigilabant. Die vero infra octauam Ascen. Dni Dominica, nocte, ex Vieliciensi ciuitate venerunt plusquam Centum Rustici, qui fodiunt salem, ad spoliandos Judaeos, volebantque intrare Casimiriam per murum ad Capellam S. Stanislai, ex his decem ingressi primo, a militibus capti, duo occisi. Die 28 May, ex istis decem, duo ante praetorium Casimiriense, ex decreto Vice capitanei Arcis Cracouien. capite plexi, caeteri fustibus caesi, ac dimissi.

Pii scholares Casimiriae ponunt domicilia.

Eodem Anno. Patres Religiosi, piarum scholarum dicti, ex Vngaria aduenientes, coemptis duabus lapideis Casimiriae in platea S. Jacobi, domicilia sibi in modum Monasterij construxerant. Contradicebant ex vicinis Ecclesiis Religiosi, et ipse praepositus S. Jacobi, nec non Vniuersitas Acad. Cracou. re ad Episcopum Cracouien. delata, hunc locum illis concessum per modum Reclinatorij dum veniunt ex Vngaria Cracouiam, Episcopus declarauit. Iidem dum voluerunt publicas disputationes ex Theologia in Ecclesia SS. Trinitatis ordin. Praedic. instituere; D. praepositus nr Hyacinthus Liberius, qui tum temporis Censor librorum per Dioecesin Crac. fuerat, non approbauit, imo penitus dare conclusiones prohibuit. pro quo Cracou. Acad. gratias egit.

Eodem Anno. Pestis grassabatur Cracouiae, et Casimiriae, sed praesertim inter Judaeos, quae tamen breui tempore conquieuit.

Eodem Anno. Cometes, seu Crinita stella, supra praetorium Casimiriense apparuit, et per quatuor septimanas perduravit. à die 12 Decembris.	42.
Eodem Anno. Sexcenti milites pedites manserunt Casimiriae, ob periculum incursionis Georgii Lubomirski Marsalci Regni, cum Rege litigantis. His militibus, 20 die Julii, sex vexilla, in Ecclesia nostra, in missa solenni, benedixit D. Praepositus, praesentibus illis omnibus, et per totam missam per modum Crucis prostratis in terra iacentibus.	600 milites Casimiriae.



Andreas Trebicki, Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopus Cracovien. Dux severien.

Vniversis et singulis quorum interest, significamus. Quia nos tenuitati redituum, Villarum Parochialium in Sucha et Lutesow, Canonicorum Regularium Lateranen, ordinis S. Augustini, ex officio nostro prospicere volen; idcirco decimas post agros et arativas novales, quae inter sylvas et gades Villarum, Sucha, Zasepnica, Skrzyszawa, Lachowice, Mecna, Lutesow, Bladzonka, et Cerna, tam pro praedio quam pro subditis praefatarum Villarum sunt extirpatae et coluntur, ad mensam nostram Episcopalem spectan et pertinen dand donand et conferen esse duximus, Vti quidem damus, donamus, et conferimus, praesentibus ad placitum nostrum Valituris. Dan. facultatem earum Rectoribus, a quibuscunque detentoribus et occupatoribus repeten, et si opus fuerit huiusmodi Decimas iure Vindican, in Vsusque suos beneplacitos convertendi. ita tamen Vt quartam partem huiusmodi Decimarum, ad thesaurum nostrum, singulis annis, pro festo S. Martini Episcopi et Confessoris importare teneantur. In quorum fidem, Datum Cracoviae, die VIII. July. Anno Dni. M.DC.LXV.

Donatio Decimarum.

Andreas Trebicki Epus Crac. (Locus sigilli)

Istius etiam praepositi Suchensis, Joannis Ignatii Hlavamowski, Curâ, facta est inscriptio Conventui Suchensi, quinque millium floren, supra villam dictam Slonawiec, à Magnifica Catherina de Brin, olim consorte, Magnif. Christophori Komorowski Capitanei Oswiecimen, pro certis missis per Annum, à qua sum

tentati sunt. ... ere 1200 florenos. Item in mense Julio 12 eodem ... Item eodem anno ... 1500 florenos. Qua extorsione, quam afflictus fuerit populus, vnusquisque cogitare potest, nam lamento flebili, Vere tota civitas tulit hanc contributionem.	... Casimiv. notavit.
Eodem Anno. die 18 Maii: Celebrata est Electio Coadiutoris praepositi generalis Congregationis nostrae SS. Corporis Christi. Ad quam celebrandam omnes praepositi ex locis particularibus, tam ex Lituania, quam ex Minori polonia, convenerunt. In praesentia Nicolai Oborski Episcopi Laodicen. et suffraganei Cracoviensis. In qua, studia	Electio Coadiutoris.

Iudaei in sua Civitate spoliantur.

in festo S. Ca[illegible]

proiecit in Ecclesia SS. Trinitatis Ord. Praedicatorum Cracoviae, in stallo; ob quam causam captus, in Arce Crac. incarceratus; qui non contentus decreto Capitanei Cracou., in vinculis Petricouiam adductus, ibidem post alia tormenta, igni traditus est.

Eodem Anno. Iudaei a studiosis Cracouiensibus in sua Civitate spoliati, nam effractis parietibus ad Ecclesiam S. Laurentii, ingressi domos, multa damna intulerunt, concutientes fornaces, fenestras; vestes, peccunias, et quicquid inuenire potuerunt diripientes, usque ad synagogam [illegible]

ma, accipit Conuentus quolibet anno 350. florenos. Et haec inscriptio facta est in Castro Osuięcimen. Anno Dni. 1649.

Altera inscriptio, studio praefati Praepositi Suchen., facta est, Quinque millium floren., super villam Rabka dictam, à Magnifica Marianna de Przytyk, olim Magnifici Christophori Komorowski Capitanei Osuięcimen. Vidua relicta, à qua summa, Conuentus Suchen., percipit quolibet anno flor. 350. Inscriptio facta in Castro Cracou. Anno Dni. 1649.

Idem Praepositus praefatus, xenodochio Krzesowien., impetravit ab eadem Magnifica Marianna de Przytyk Agrum, in Villa Krzesow existentem, ad usum pauperum, in xenodochio praedicto manentium.

Hic inserere, operae pretium duxi. Primam initio Praepositurae D. Hyacinthi Liberij iniustam persecutionem. Sub id tempus quo D. Hyacinthus Liberius, pro tunc Coadiutor, visitauit Conuentus in M. D. Lituaniae, manebat in Conuentu Cremenecen. ibidem professus, quidam Georgius Piekarskowski, in saeculo Iudex Iudaeorum, sic arguebatur à Coadiutore praefato, de quibusdam eiusdem excessibus, et ut se transferat ad Conuent. Cracou. iussus; Qui egressus de Conuentu Cremen., quasi Cracouiam iturus, deposito religioso habitu, furore quodam rabido correptus, coepit adire Magnates, Episcopos, etiam ipsum Regem Vladislaum IV. multas fingendo calumnias in ipsum Coadiutorem (qui iam Praepositus factus erat) et Conuentum Cracou. Quare cognita D. Praepositus profectus est Varsauiam (et fretus auxilio Serenissimi principis Caroli Fratris Regis, qui in Abbatia Cervenen. ad quam illum praefatus princeps instruenda vocaverat, habuit D. Praepositi perfectam modestiam, doctrinam, morumque grauitatem) adiit Regem, accusationes iniustas, et meras calumnias à patre Piekarskowski sparsas ostendit, ipsiusque excessus in Conuentu Cremenecen. factos aperuit. Breve post tempus idem Piekarskowski clepardiae commorans, ex mandato Epi Crac. Petri Gembicki, assistente Notario publico Joanne Grabowski, à Satellitibus captus, ad Monasterium nostrum deductus, in vincula coniectus, et incarceratus. Expleta poenitentia, inter fratres constitutus, coepit iterum motus facere, nam duobus presbyteris incorrigibilibus, et parum observantibus, Andreas Melinski, et Cypriano Waskiewic, fugam ex Monasterio persuasit. Qui Apostatae vagabantur Varsauiae, seminantes calumnias in D. Praepositum et Conuentum. Tandem ex Consilio Confessariorum, an ipsa Conscientia moti, Piekarskowski et Melinski ordinem Bernardinorum ingressi. Waskiewic in Scelestam secessit, ibique in parochia quadam mortuus est.

FFres rebelles.

Cracouiam, Episcopus declarauit. Iidem dum voluerunt publicas disputationes ex Theologia in Ecclesia SS. Trinitatis ordin. Praedic. instituere; D. Praepositus noster Hyacinthus Liberius, qui tum temporis Censor librorum per Dioecesim Crac. fuerat, non approbauit, imo penitus dare Conclusiones prohibuit. pro quo Cracou. Acad. gratias egit.

Eodem Anno. Pestis grassabatur Cracouiae, et Casimiriae, sed praesertim inter Iudaeos, quae tamen breui tempore conquieuit.

Eodem Anno. Cometes, seu Crinita stella, supra praetorium Casimiriense apparuit, et per quatuor septimanas perduravit. à die 12 Decembris. | 42.

Eodem Anno. Sexcenti milites pedites manserunt Casimiriae, ob periculum incursionis Georgii Lubomirski Marsalci Regni, cum Rege litigantis. His militibus, 20 die Julii, sex vexilla, in Ecclesia nostra, in missa solemni, benedixit D. Praepositus, praesentibus illis omnibus, et per totam missam per modum Crucis prostratis in terra iacentibus. | 600 milites Casimiriae.

Eodem Anno. infra octav. Assumpt. B. V. Mariae, Inundatio Vistulae gravissima.

Eodem Anno. Dissidium grave, inter Praepositum Sudensem Joannem Ignatium Chlaramowski, et Joannem Wielopolski Dapiferum Regni, Schrederumque in Suda, intercesserat. Hac de causa. Praepositus Conventus Sudensis, in villa Suda, et aliis adiacentibus, decimam manipularem accipien' Loci ordinario aperuit, volens illam pro Conventu suo Suden si impetrare. Hinc inter eos orta gravissima disceptatio, nam è vestigio Schreriva accensus, antiquas gravities in Originali fundatione Conventus praescriptas, tanquam invalidas esse pronunciavit, certum fundum cum subdito vno Monasterii ademit, scholam et aliam domum (quasi in fundo ipsius Domini esset) funditus evertit, et cum scandalo subditorum multa mala Conventui facere coepit, literas Praepositi generalis, et suffraganei Cracovien' flocci pendens, contempsit. itaque dissidio illo gliscente, post multas utrimque ortas concertationes, eò devenit, vt Praepositus à suo amoveretur officio. quo amoto, Hreri inductus est ad satisfactionem, pro damnis et iniuriis, quibus totum afficerat conventum; nam omnia restituit, scholamque et aliam domum aedificavit novam, novamque limitum inscriptionem fecit, adempto tamen vno monte conventui, versus villã Grzechinia dictam, vbi exciditur lapis. Hanc tamen decimam donavit nobis Episcopus. | Dissidium inter Praepositũ Sudensem et Hsrederẽ in Suda. — Vide signũ. * — [illegible] sup.

Eodem Anno. post nimium calorem In Julio et Augusto, continui imbres deciderunt, ex quibus inundatio Vistulae horrenda accidit, in septembri.

Eodem Anno. Militibus cum aliquot vexillis Casimiriam intrare volentibus violenter, ingressus, clausis portis, et signo per campanam in praetorio dato, denegatus. die 5. septemb.

Anno Domini. 1666. Joannes Casimirus Rex ingressus est Cracoviam, cui Cives Casimirienses (salutando illum) florenos 200 obtulerunt. Breve post tempus, Rex imposuit Civitati Casimirien' contributionem, Donativam dictam fl. 2000. Militibus verò suis, iussit dare fl. 2500. quod cum afflictione et anxietate magna contribuere sunt coacti. quam pecuniam dum duo ex Consulibus clepsydriam militibus deferrent, detenti sunt, extorquentes ab eis duodecim tapeta contentationis, et vix 300 flor. contentati sunt. post haec, vix aliquot septimanis elapsis, die 30 April. coacti sunt contribuere 1200 florenos. Item in mense Julio 12 Podymne. Item Eodem anno Donativam 1500 florenos. Qua extorsione, quam afflictus fuerit populus, vnusquisque cogitare potest, nam lamento flebili, aegrè tota civitas tulit hanc contributionem. | A. D. 1666. — Contributio gravis Casimirien' Civium. — Ita Martinus Golenski Consul Casimiriv. notavit.

Eodem Anno. die 18 Maii. Celebrata est Electio Coadiutoris Praepositi generalis Congregationis nostrae SS. Corporis Christi. Ad quam celebrandam omnes Praepositi ex locis particularibus, tam ex Lituania, quàm ex Minori Polonia, convenerunt. In praesentia Nicolai Oborski Episcopi Laodicen. et suffraganei Cracoviensis. In qua, studia | Electio Coadiutoris.

fratrum distracta, in varias sententias, non multum spei dabant, boni in illa electione successus. Aliis quidem in votis erat ut Alexandrum Galinski, professum domus nostrae, et praepositum pro tunc Slonimensem in Lituania, ad dignitatem hanc euexerent: Alii verò Victorinum Wereszynski professum eiusdem Domus, et villarum procuratorem, et oeconomum, promouendum susceperant. Sed Alexander Galinski non diu certandum sibi existimauit, nam praepositura Slonimensi in Lituania contentus, iuri electioni parte cessit; itaque Victorinus Wereszynski praepositus renunciatus. Hanc electionem non solum ratam habuit Andreas Trzebicki Episcopus Cracouien, uerum etiam Hyacintho Liberio praeposito generali petente, ut electus Coadiutor, à sede Apostolica confirmaretur facile obtentum est.

A. D. 1667. praediu[m] conflagratum.

Anno Domini. 1667. In villa Kamien Conventus nostri, die 30 Aprilis, conflagrauit praedium, ante meridien, cu[m] frumentis et stabulis; pecora enim tunc temporis in pascuis morabantur.

Eodem Anno. A Paschate, usque ad festum S. Joannis Baptistae, continui imbres, deciderunt, unde in Julio secuta est Inundatio Vistulae maxima.

Hoies 18. submersi.

Eodem Anno. Homines 18. in Vistula post portam Vielicensem submersi sunt, dum traiicerent in trabibus, nam non erat pons, exustus à Suecis.

Funus Reginae Poloniae

Controuersia de cruce argentea in processione.

Eodem Anno. Celebratum est funus, Ludouicae Mariae de Gonzagues ex Francia, Reginae Poloniae, die 22 Septembris. Corpus clepardiâ ab Ecclesia S. Floriani deducebatur in Arcem Cracouien. Sub id tempus processionis Archiepiscopus Gnesnensis, Nicolaus Prazmowski, praesente Cruce sua argentea, quam ante illum portare consuetum est, non permittebat portare Crucem argenteam Canon. Cathedr. Cracou. post multas altercationes, et iurgia, à porta S. Floriani, faciebant processionem sine Cruce, tandem ex mandato sui Episcopi Cracouien, qui tunc decumbebat infirmus in sua Curia, Canonici Cracouien, à Caemeterio Omnium Sanctorum leuauerunt in altum Crucem suam. Mittebat quoque Archiepiscopus Capellanum suum, ad praepositum nostrum Hyacinthum Liberium, ac omnes Canonicos, ut Crucem ~~[illegible]~~ argenteam seruarent, quod nostri fratres, nec ipsius mandati, nec quoque minas du[m] transiret per plateam Canonicorum curauerunt. Tertia die, citatus ad ipsius iudicium D. praepositus, non comparuit, imò de ipsius minis, ac scandalo publico protestatus est, coram officio, ipse verò Archiepiscopus citò egressus Cracouiâ, Varsauiam profectus est.

Hoies 32. submersi.

A. D. 1668.

Anno Domini. 1668. In Vistula post portam Vielicensem, plusquam 32 homines ex villis submersi sunt, feria 6ta manè, dum traiiciebant Casimiriam. Ex Ciuitate Casimirien tredecim submersi, et unus Vicecapitaneus Episcopi Crac. cum equis.

Incendiu[m] in Ecclesia SS. Trinitatis.

Eodem Anno. Die 19 Augusti. Ipso die festo S. Hyacinthi Cracouiae, in Ecclesia SS. Trinitatis ord. praedic. noctu, ignis fortuitus, totum altare absumpsit maius, cum Ciborio, et pixidibus argenteis, ac Venerab. Sacramento. Item altaria duo, cu[m] Reliquiis Sanctorum, organa duo: Antependium argenteum ad maius altare pro 6 millibus floren. [illegible]

pretiosa, pro hac solemnitate accommodata;, candelabra argentea, imagines, et caetera
omnia in minori choro, praeter exedras, omnia igne consumpta. | 43.

Eodem Anno. Ecclesia in Antocollo Vilnae, exstrui coepit, impensis Illmi Micha
elis Pacz, palatini Vilnensis, et Ducis Exercituum. In festo SS. Apostolorum Petri
et Pauli, Episcopus Vilnensis, primum lapidem in fundamentis, cum Caeremoniis Ecclesiasti
cis posuit.

Ecclesia in Antocollo Vilnae exstruitur.

Anno Domini. 1669. Die 24 septemb. Ad Conventum Casimirien. nostrum
adductus est in compedibus Ludovicus Przezdowski (?) Praepositus Mstoviensis, cum tri
bus fratribus eiusdem Conventus professis, stipatus militibus, in ipsis savacis (?) curri
bus aducti, cum summa non solum conventus nostri, verum etiam totius ordinis igno
minia, feria sexta sub meridiem. Hac de causa, post decessum N. Rdczibórowski (?),
Praepositi Mstoviensis, a Rege Joanne Casimiro intrusi, Capitulum elegit in Praepositum
Prosperum Krylinski, professum Domus suae, electum praesentavit Archiepiscopo Gnesnensi,
post confirmationem et introductionem novi praepositi, supra praedictus Ludovicus
Przezdowski professus Cervenensis, obtinuit eandem Praepositurarm collatam sibi a Rege,
quare ad Conventum Mstoviensem, armatis stipatus militibus venit, cum Hyacintho Sur
zicki (?) suffraganeo Samogitiae, et olim professo Cervenensi, et Praeposito Warsaviensi, illum
mordicus promovente: pulso igitur Praeposito Canonice electo, et investito (omnia haec
Archiepiscopo dissimulante per Regem,) Praepositurarm obtinuit, quam cum per breve ad
ministrat tempus, dissolutam nimis vitam agens, insuper ad dissipanda Monasterii bona,
animum adiecit, omnia sibi licere existimans, fretus favore alterius Archiepiscopi
Nicolai Prazmowski. Quare varia in eum fratres moliri coeperunt, varia et gravia
delicta illi objicientes; citatur itaque Romam ad sedem Apostolicam; Ad investigandam
veritatem, tres Episcopi, S. Cracoviensis, Posnaniensis, et Archiepiscopus Leopoliensis instituuntur.
Cumque ad iudicium ab Archiepiscopo Leopoliensi literis esset accitus, nec tamen unquam eo
se conferre voluisset, imo subdelegatos Commissarios qui Mstoviam venerant, nec suscepit,
quin convocatis ex praediis Monasterii rusticis, cum falcibus, et securibus, Monasterium
munivit, et sub id tempus homicidia facta sunt. Quare Commissarii Apostolici adhibito con
tra contumacem et inobedientem saeculari brachio, praesertim Palatini Syradien. Prze
rebski (?), vi effracta porta Monasterii, ipsum captum, in compedibus cum tribus fratribus
illi adhaerentibus adductum, in carcerem coniecerunt, et sic et in carcere et in compedibus
decem mensibus integris, et aliquot ~~mensibus~~ diebus degit.* postea resignavit Praeposituram, hac conditione, Vt quolibet anno daretur illi centum Vngarici ex conventu Mstoviensi.

A. D. 1669.

Praepositus Mstoviensis in carceribus.

** Varias artes tentabat, quibus evadere cogitabat, ut quovis angue, aut anguilla, ad elabendum lubricior videretur. bis ex carcere fugit, semel post quinque milliaria retractus ex fuga, sic qui illum custodivit presbyter conventus Mstovien., cautiorem custodiam illi adhibuit. Post 10 menses, evocatus ad Judicium Episcopi Posnanien. Commissarii, liber dimissus, ab eo...*

Eodem Anno. Die 25 Novemb. sub tempus Interregni. Milites aliquot, clam Casimi
riam se contulerunt, breui, alii cum signis advenerunt, quibus cum Cives aditum negaverunt,
portis clausis, hi qui erant in Civitate seras praeciderunt, et alios introduxerunt, et tunc
Cives dederunt tria millia floren.

Eodem Anno. Confraternitas nova S. Josephi sponsi B.V.M. solemniter introdu
cta est, ab Ecclesia S. Martini, ad Ecclesiam S. Michaelis PP. Carmelitarum discalceato
rum; praecedentibus omnibus processionibus Religiosorum. in Vigilia S. Josephi.

Confraternitas S. Josephi.

Eodem Anno. 27. Martii. Tres lapideas in platea Judaeorum, incendio fortuito conflagratas, inter has, lapidea Conventus, dicta Ravowska, huic subiecta erat casui.

Disputationes publicae.

Eodem Anno. In Conventu nostro Casimiriensi, instituta est Disputatio publica, de Justitia. in Refectorio. Conclusiones typis datas. A Michaele Ryłecki Conv. nri professo.

Itm Martinus Solenski.

Eodem Anno. Celebrabatur ingressus Magnificus, Michaelis Korybuth principis in Wisniowiecz, in Urbem Cracovien., ante Coronationem Eiusdem; cum insigni pompa Equestrium pedestriumque copiarum. salutando Regem Cives Casimirien., habuit orationem de fausto ac felici ingressu, Joannes Zyczynski Consul Casimirien., olim Acad. Crac. professor, latino idiomate. Ante ingressum Regis, Cives Casimirien. ex mandato dederunt Donativum flor. 2000.

S. Petrus de Alcantara.

Eodem Anno. Cum solemni celebritate, ac triumpho, peragebatur festum, apud PP. Bernardinos et Reformatos Crac. S. Petri de Alcantara ord. Minor. discalceatorum, noviter Canonisati.

Defenden. R. Martino Zienlewic. praeside R. Michaele Ryłecki philosophiae Doctore et Lectore. Canon. Regularibus. professis Domo nostra.

Eodem Anno. Die 28. Octob. peragebatur publica Disputatio in Ecclesia nostra SS. Corporis Christi ex Theologia. de Incarnatione Christi. Conclusiones typis datas, Illmo Michaeli Pacz palatino Vilnen., et Duci Exercitus Lithuaniae adscriptas, qui tum erat praesens Cracoviae, in Comitiis generalibus.

S. M. Magdalena de Pazzis.

Eodem Anno. Die 2. Novemb. Introducta Imago S. Mariae Magdalenae Virginis de Pazzis ordinis Carmelitarum, noviter Canonizatae, ab Ecclesia SS. Trinitatis, ad Ecclesiam B. V. Mariae in Arenis Carmelitarum, in suburbio Cracovien., cum solemnitate, et processionibus omnium Religiosorum, et ibi per totam octavam festi triumphatum est.

Judaei spoliantur.

Anno Dni. 1670.

Anno Domini. 1670. Die 3. Aprilis. Studiosi Cracovien., adversus Judaeos conspiraverunt, et in Coemeterium Ecclesiae nostrae congregati, per compositionem acceperunt a Judaeis 1700. florenos.

A. D. 1671.

S. Franciscus Borgias.

Anno Domini. 1671. Die 5. Octobris. Triumphus Cracov. peragebatur. apud Patres Societ. Jesu, ex occasione Canonizationis S. Francisci Borgiae eiusdem Societatis, per totam octavam solenniter festum eius celebrabatur, prima die ut sup., deducebatur ipsius imago ab Ecclesia S. Barbarae ex Circulo Cracovien., in castrensem plateam, ad Ecclesiam SS. Petri et Pauli, cum solennitate, ac processionibus omnibus Cracovien.; explodebanturque maiora tormenta.

S. Ludovicus. S. Rosa.

Eodem Anno. Alius peragebatur Triumphus, die 9 octobris, et processio solemnis, praecedentibus omnibus processionibus Religiosorum, et Saecularium sacerdotum, portabanturque imagines duorum Sanctorum nuper Canonizatorum, S. Ludovici Confessoris, et S. Rosae Virginis Indiarum, ordinis Praedicatorum; ab Ecclesia B. V. M. in Circulo Cracovien., ad Ecclesiam SS. Trinitatis.

Eodem Anno. Ex Continuis imbribus, Vistulæ inundatio aquarum tam Subuenda euenit, vt muri Casimirien. a porta Scauinen. usq. ad Ecclesiam S. Jacobi corruerent. 44.

Anno Domini. 1672. Tres lapideæ aciales in Circulo Casimirien. eundo à platea Wielicien. ad Ecclesiam S. Jacobi, igni fortuito combustæ. A. D. 1672.

Anno Domini. 1673. Hyacinthus Liberius præpositus, in morbum incidit, eoq. cum per totum et amplius annum vexaretur, tandem ad extrema peruenit, cumq. inter supræma suspiria, diuinæ se misericordiæ commendaret, extremamq. luctam tanquam bonus athleta adiit, cum valediceret omnibus, tantus subitò fratrum, qui lectulum circumstabant, coortus est fletus, ut diu præ gemitu loqui verbum nemo posset, atq. ora singulorum lacrimantia cernerentur. Igitur piis operibus plenus, cessit è vita, die 23. octobris. Vir magnus et memorabilis, sacerdos probus, et ad gubernandum alios eruditus, in cunctis laudabilis, et qui meritò optimis, ex bonorum sententia, compararetur. Seuerus cum lenitate, comis cum grauitate, Et ut semel dicam, dignior semper honoribus habitus, quàm quos gessisset. Erat statura satis iustè procera, capite mediocri et caluo, fronte et supercilio graui, sed ore satis benigno: forma conspicuus, canitie venerabilis, toto deniq. habitu decorus. Elatus est Magnifico funere quod ipse non inseruat, Nicolaus Oborski Episc. Laodicen. et suffrag. Crac., et Academia Cracouien. funus condecorauerè. In cuius memoria tumuli, hæc ad legendum exposita manent.

A. D. 1673.

Obitus Hyacinthi Liberii præpositi.

Hic præpositus [illegible] aureorum. 4. millia Martini Stoczynski relicta, conseruauit: et vnũ mille adiecit.

Successor Vincentius Wierzynski, Erexit perenni memoriæ ipsius, marmoreum Monumentũ, ante maius altare ad latus dextrum intrantis.

D. O. M.

HYACINTHVS LIBERIVS.

Vnicum Integritatis, et Religionis Exemplar,
Emensis in Canonico Ordine Quinquaginta sex annis,
Omnigenarum Virtutum reliquit post se Vestigia.
Diuinioris Sapientiæ suffragio,
Ad supremam Theologicæ gradus lauream euectus,
Alienæ Sapientiæ CENSOR, et Arbiter esse meruit.
Præpositi Generalis dignitate insignitus,
Eam, suauitate morum, vitæ exemplo, rerum peritia, agendi gratia,
Per Viginti nouem annos, et amplius, ita administrauit,
Vt omnium amores, et laudes, mereretur.
Tandem laboribus, et doloribus grauissimis confectus,
Vitam quam Ecclesiæ et Religioni impenderat, naturæ deposuit.
Anno ætatis suæ, septuagesimo quarto. Christi M. DC. LXXIII. Die 23. octob.

Regente Monasterium Hyacintho Liberio Praeposito, hi fratres in fata concesserunt.

1. Lucas Nowagh Crosnensis, presbyter, ipso die Nativitatis Dñi nri Iesu Christi, post matutinum, subitanea morte, in Refectorio, fetoribus fornacis subterraneae, extinctus. Vir longaevus, Anno Dñi. 1644. expletis in Religione annis 38. Hic multos libros pro Bibliotheca comparavit, praecipue omnia opera SS. quatuor Eccl. Doctorum, ex quibus plurimi à Suecis accepti. Item Centum Hungaricos in capitulo, pro infirmario obtulit, qui collocati sunt in censum. Super lapidea aciali eundo ad S. Catherinam in platea Cracoviensi.

2. Ioannes Gelasius Zorawski, Turcensis, de Turki (oppidum hoc est in polonia) Exorcista, presbyter. Hic ex eleemosynis, quas largas à Magnatibus habebat, Ecclesiam nostram, altaribus, imaginibus, et varia supellectili argentea (sacristianum agens) exornavit. Item in Conventu Curzwacensi manens, Ecclesiam muro, ex lapide cocto, aedificavit. Monasterii Wolbramensis primus Praepositus factus, illud, et Ecclesiae minorem domum, cum sacrario et oratorio ex lapide, et latere cocto erexit. Tandem in sua praepositura manens, in Religione exactis annis 32. Aetatis suae Anno 68. Anno vero Domini. 1645. die 23. Iulii, ibi in Wolbram, plenus bonorum operum, in vivis esse desiit.

3. Fr. Alexander Molendinowicz Cracoviensis. Clericus. post professionem quarto mense, id est die 25. Novembris, in festo S. Catherinae V.M. quo die etiam Confessus est, et sacram synaxim sumpserat, egressus Cracoviam ad parentes, inde valedicendo parentibus, ex callido hypocausto egressus in frigidiorem aerem (apoplexia) extinctus est. Sepultus in Ecclesia nostra. Anno Dñi. 1646.

4. D. Matthias Vbaldus Groth, nobili genere natus, obiit Anno Domini. 1647. in Religione anno 17. presbyter.

5. Fr. Martinus, natione Germanus, pictor, Conversus. obiit Anno D. 1647. in Religione anno 17. sepultus, Casimiriae.

6. Ioannes Baptista Malonowski, Praepositus Crasnicen, professus Casimirien, resignata praepositura, ibidem (continua infirmitate affectus) mansit, et à Kozacis (tempore belli cum Chmielnicio) crudeliter occisus, ibidem in Monasterio Crasnicen. Anno Domini. 1648. In Religione anno 31. die 20 Nov.

7. Stephanus Hieronymus, dictus Piekuszka, professus Crasnicen, presbyter. primo praediorum Conventus Bydsovien, postea Conventus Cracovien villarum procurator. dein Magister Novitiorum. Ad extremum Praepositus Sulensis, per 4 tantum septimanas administrans Ecclesiam et Conventum, ibidem obiit. A.D. 1649. Non sine suspicione dati veneni. nam cum esset [illegible], quatuor diebus aegrotans, post mortem statim caput, facies, ac totum corpus intumuit, sanguine, naribus, ore, ac auribus, erumpente, ut ob foeditatem, nocte sepulturae traderetur.

45.

8. Stanislaus Kutabowski, nobilis. obiit Anno Dni. 1649. die 30 Julii. Ætatis Anno 27. In Relig. anno 5. mense octavo. Casimiriae in Conventu sepultus. presbyter.

9. Paulus Wolenski, professionem in Conventu nro Casimiriensi fecit, statim post professionem suam, ad Praeposituram in Lubvaniec postulatus. obiit ibidem breui. Anno Dni. 1649. presbyter. *

10. Petrus Zolewski, Philosophiae Baccalaureus in Acad. Crac., postea sacerdos saecularis, insuper professus Canonicus, obiit in Bychow, Anno Domini 1649. in Religione Anno 17.

11. Albertus Antonius Kostecki, profess. Casim. in Sudensi Conventu obiit, Anno Domini 1650. Exactis in Religione annis 9.

12. Joannes Patritius Milewski prof. Casim. presbyter. In Cremenecen. Conventu obiit, senio confectus. Anno Dni. 1651.

13. Andreas Thomas Olbiecki, nobilis, olim sacerdos saecularis, // postea professus Canonicus, praepositus constituitur Cremenecensis, resignata praepositura, Crasnicii obiit. Anno Dni. 1651. In Relig. anno 18. Hic fundationem procuravit Crasnicii, pro una collecta in prima Missa, censum flor. 130. in Bonis D. Lucae Olbiecki fratris sui, inscriptum Lublini, Anno Dni. 1634. 16 Decemb. // post morte eius, accepit ex patrimoni o eius, Conventus Crasnicen. 4 millia fl.

14. Joannes Chrysostomus Korsaki, nobilis, Lithuanus, professus domus nrae, praepositurus administravit tres, Cremenecen. Crasnicen., et Wolbramen. factusque visitator Conventuum in Lituania. Qua functione absoluta, Prior Conventus Cracovien. creatur, quo officio resignato, tempore pestis, quae accidit Anno Dni. 1652. administrando sacramenta infirmis, obiit die 2 Julii, Casimiriae. Exactis in Relig. annis 40.

15. Albertus Koczanowski, clepardien, Philosophiae Baccal. professus Domus nrae, primo Wolbramensis praepositus, postea tempore pestis, Casimiriae administrando sacramenta infirmis, obiit. Anno Dni. 1652. die 29. Decemb. In Relig. anno 30.

16. Nicolaus Raczynski professus Crasnicen. presb. Dispensator in Conventu Crac., post Crasnicii peste obiit. Anno Dni. 1652.

17. Nicolaus Marcinkowicz, Casimiriensis, Domus nrae professus, presb. peste obiit in Conventu Sudensi. Anno Dni. 1652. die 1. Septemb. in Relig. Anno 17.

18. Jacobus Kierski Krepicensis, Domus nrae profess. praepositus primo Suden., postea Prior Conventus Casimirien. Obiit Anno D. 1652. Hic post mortem flor. 1200. reliquit.

8. die Decemb., in Religione exactis annis 32.

19 Ioannes Kuklewicz, Casimiriensis, primus professus Martini kto czynski praeposit. Magister Novitiorum. Pro dioecesi Cracovien. per decem annos Rubricellam ordinabat. tandem senex in Conventu Creme necensi, Anno Dni. 1652. vita functus. In Relig. anno 38.

20. Augustinus Kremecki, professus Vilnen. presbyter, peste ibidem obiit. Anno Dni. 1653. in Religione anno tertio.

21. Adrianus Gomerz, professus Vilnen. [illegible] ibidem in Antocollo peste obiit. Anno Domini. 1653. subdiaconus.

22. Sebastianus Kubitkowicz Becensis, professus domus nostrae, presb. in Conventu Bydgoviensi obiit. Anno Dni. 1653. In Relig. anno 12.

23. Stanislaus Frigdianus Goworowski, professus Casimirien. Fratribus in conventu Rhetoricam legit; postea prior Crasnicen. factus; stonimi obiit. Anno Dni. 1654. In Relig. anno 19.

24. Albertus Zagulski, professus domus nostrae. presbyter. In Creme necensi Conventu obiit. Anno Dni. 1654. In Relig. anno 8.

25. Venceslaus Szeleganski, Lituanus. à PP. Societatis Jesu dimissus, Concionator postea sanctimonialium Kieświezien. ordinis S. Benedicti factus, post professus Conventus Cremenecen. Canon. Regul. ibidem obiit. Anno Dni. 1654. In Relig. anno 27.

26. Vitus Wnuckowski, profess. Crasnicen. In Conventu Casimirien. Ecclesiae Concionator ordinarius, et Magister Novitiorum per octo annos, insuper praepositus Crasnicen, ibidem obiit. Anno Dni. 1654.

27. Petrus Smiarowski, olim parochus, et sacerdos saecularis in Liski, (Villa sita è duobus milliaribus à Cracovia distans) post professus Canonicus, praepositus etiam Vilnae in Antocollo constitutus, resignavit postea praeposituram, et in Wolbramensi Conventu senio confectus obiit. Anno Domini. 1655. In Religione anno 29.

28. Nicolaus Rzeczycki, olim sacerdos saecularis, parochus, postea professus Vilnen. senex Religionem ingressus est, sed cum post aliquot annos Vilna à Moschis occuparetur, fugiendo Moschos, in ponte capite plexus est, et in flumen praecipitatus. Anno Domini 1655. die 8. Augusti.

29. Simon Augustinus Zegarth. prof. Domus nostrae. presb. S. Th. D. In Conventu Magister Novitiorum. Lector philosophiae, prior. Hic tempore incursionis Suecorum, discessit in fines Ungariae, in Scepusium, ibidem

Vltimam diem clausit: in oppido dicto Podoleniec, apud Patres Piarum Scholarum sepultus. Anno Dñi. 1656. Ætatis 47. in Religione anno 24. Missus Romam pro obtinendo Doctoratu, propter infirmitatem

non adiit Romam sed in Academ. Paduensi promotus.

30. Blasius Casimirus Kownacki, Casimiriensis, professus Domus nrae. postea Praepositus Vilnensis in Antocollo factus; Hic fugiendo Moschos, qui tum Vilnam occupaverant, in Vrbe Krolewiecz obiit. Anno Domini. 1656. In Religione anno 24.

31. Iacobus Mstouius, ex oppido Mstow, professus Crasnicensis, Presbyter; factus à capitulo generali Cracou. Praepositus Cremenecensis, ibidem obiit. Anno Domini. 1656.

32. Bartholomaeus Ryszkiewicz, ex Masouia de Czerwiensko, professus Casimiriensis; Prior primò Crasnicen., postea Praepositus Bychouiensis electus à Capitulo generali Cracouien., ibidem obiit. Anno Domini. 1656. In Religione anno 24.

33. Christophorus Toniewski Crosnensis. Philosophiae Baccalaureus in saeculo. Hic Regulam S. Augustini, cum expositione eiusdem Petri Clareti: et Vitam B. Stanislai Casimiritani typis imprimi fecit. Denique post administrationem trium Praepositurarum, scilicet, Suchensis, Cremenecensis, et Curzwacensis, Casimiriae octogenarius obiit. Anno Domini. 1656. die 24 Februarij. In Religione anno 49. Hic Curavit incorporari Ecclam Lisowiensem, Eccliae Suchen.

34. Fr. Jacobus Mrowinski. Posnaniensis. Professus Domus nostrae. subdiaconus, à Suecis occisus in porta Monasterii, dispensatoris officium tum administrans. Anno Dñi. 1655.|| In Religione anno secundo. || 21. sept.

|| post eius mortem accepit Conuentus flor. mille a consanguineis.

35. Hieronymus Albertus Bazanowski, ex Maiori Polonia. Presbyter; professus Domus nrae. Director Confraternitatis Quinque Vulnerum Dñi. obiit Anno Dñi. 1657. die 19 Martij. In Religione anno 24. Casimiriae sepultus.

36. Jacobus Malalewicz. Lituanus, professus Vilnensis in Antocollo, sacramenta administrando peste infectis, obiit ibidem. Anno Domini. 1657.

37. Marcellinus Albertus Borawski. professus Cremenecensis, ibidem post aliquot annos ingressus sui, obiit, Presbyter. Anno Dñi. 1657.

38. Ioannes Kotacki Brzozouien., Saecularis olim sacerdos, et capellanus Episcopi Praemislien., postea professus Canonicus, post administrationem Prioratus Crasnicen., bis praepositura functus est, Bychouien. et Curzwacen., ibidem obiit Anno Dñi. 1657. In Relig. anno 31.

39. Nicolaus Zydowski, olim sacerdos sæcularis, septuagenarius ingressus Religionem nostram, professus Cremenecen. obiit ibidem. Anno Dñi. 1657.

40. Bartholomæus Swiecsowicz Crasnicen. et ibidem professus, obiit Crasnicij. Anno Dñi. 1657. presbyter.

41. Augustinus Floridus Ranothowicz. Casimiriensis. professus Domus nostræ. presbyter. obiit in Conuentu Cremenecensi. Anno Domini. 1657. die 8. Iulij. In Religione anno 17.

42. Herculanus Wibramowski, nobili genere natus, professus Crasnicensis, et præpositus. ibidem obiit. Anno Dñi. 1658. 19. octobris.

43. Stanislaus Turski, ex milite, professus Canonicus Domus nostræ. obiit Anno Dñi. 1659. die 2 Iulij. In Religione anno 24. presbyter.

44. Iacobus Fulgentius, Hassius, ex Hassia germanorum ditione. In Lituania, à PP. Soc. Iesu, sacerdos, Theologus, quarti Voti, post triginta annos dimissus; professionem Canonicam in Conuentu Cremenecen fecit. processu temporis præpositus Bychovien electus; qua resignata, expletis in congregatione nostra annis triginta. obiit Anno Dñi. 1660. Die 2 Augusti. Ætatis suæ anno 82. Casimiriæ sepultus.

45. Stephanus Crasnicen. dictus Kwasiewicz, et ibidem professus: obiit Anno Domini. 1660. Die 21. Aprilis. presbyter.

46. Florianus Winiarski. professus Domus nostræ. presbyter. obiit Stonimi. Anno Dñi. 1660. In Religione anno 23.

47. Stanislaus Kargoski, nobilis ex Mazouia, professus Domus nostræ, obiit Varsauiæ, peste. Anno Dñi. 1661. In Relig. 10. presbyter.

48. Marcellinus Casimirus Klobuczynski, ex Maiori polonia. professus Domus nostræ. Magister Nouitiorum. Lector philosophiæ, et sacristianus, per 17. Annos. obiit Anno Domini. 1661. die 22. Februarij. Ætatis 50. In Relig. 22. presb.

49. Stephanus Kolozwarij, ex patre Hungaro natus, professus Crasnicen. Hic primo præposituram Cremenecensem administrauit: postea in præpositura Kurozwacen obiit. Anno Dñi. 1661. Die 10 Augusti. in Religione anno 30.

50. Gregorius Valerianus Krupnicki. Casimiriensis, professus Domus nostræ. Ad Conuentum Vilnensem missus, ibique studia Vilnæ tractans, in Academia Vilnen PP. Soc. Iesu, philosophiæ Doctorali laureâ ornatus. Reuersus Casimiriam, Magister Nouitiorum, et Lector constitutus. post, admini

quando Sacramenta peste infectis. obiit Anno Dñi. 1662. die 13. Nouembris. Ætatis suæ anno 40. In Religione anno 16.

51. Dominicus Hyacinthus Bem, Cracouiensis. professus Domus nostræ. primò sacristianus, post Præpositus sudensis, insuper in Procuratii Conventus nostri Cracouien. obiit. Anno Dñi. 1665. die 18 Aprilis. Ætatis suæ 56. In Religione anno 34.

52. Alexander Nicolaus Woyski, nobilis ex Mazouia, professus Domus nostræ. Præpositus Bydouiensis factus. à Moschis (belli tempore) Vulneribus affectus, obiit. Anno Dñi. 1665. ibidem. In Religione anno 19.

53. Thomas Swiechowicz, Crasnicensis, et ibidem professus, Præpositus Bydouiensis capitulariter electus. obiit ibidem. Anno Dñi. 1666.

54. Ludouicus Simon Fascikowski, professus Domus nostræ. À Conventu, Romam missus, ibidem S. TS. Laurea Doctoratus donatur. Concionator ordinarius in Ecclesia nostra per annos nouem. postea Præpositura Crasnicensi insignitur, in suo officio obiit, Anno Dñi. 1667. Die 26 Maij. In Religione anno 36. Vir erat ingenii prompti, et ad inueniendu in concionibus expediti.

55. Valentinus Swiechowicz Crasnicensis, et professus ibidem, post obitum Ludouici Fascikowski præpositi Crasnicen, zelo illo veteri, recuperandi Monasterio Crasnicensi, liberam electionem Præpositorum, nouas spes, nouasque molitiones excitare voluit; quare accepto Scrinio, cum omnibus Juribus, et inscriptionibus Monasterij Crasnicensis, detulit Zamoscium, atque Griseldæ, olim Zamoyski Castellani coniugi, nunc Matri Michaelis Korybutt Regis Poloniæ, Dñæ, et in Krasnik Hæredi, obtulit. Quæ illa successori præposito à capitulo generali Cracouiensi electo, extradere noluit. Ille verò toties admonitus à præposito, tandem reuersus Crasnicium, breui (Zamoscii iterum manens) Sydropicus, cessit è Vita, et ibidem sepultus. Anno Dñi. 1667. Die 24 Nouemb. in Religione anno 12. presbyter.

56. Albinus Valentinus Mstowski, Cracouiensis. professus Domus nostræ, obiit in Bydow. Anno Dñi. 1667. In Religione anno 30. presbyter.

57. Stanislaus Niwinski Andreiouiensis, sacerdos olim sæcularis, capellanus Andreæ Lipski Episcopi Cracouien, professus postea domus nostræ. Bis dimissus, vagabatur in sæculari habitu sacerdotali per annos 25. senio confectus, Cracouiæ in summa paupertate obiit. Jussu Hyacinthi Liberii præpositi; in loculo ad Ecclesiam nostram apportatus, in Sub hoc tempora, secundu præscripta Regulæ, incorrigibiles eyciebantur, violanus 8. papa interdicente

sepulchro communi fratrum conditus est. Anno Dni. 1668. die 25. Maij.

58. Stephanus Klawarski de skrzynno. professus Domus nostrae. et Concionator ordinarius Ecclesiae nostrae. Huius Curâ ampliata est Ecclesia Krzeszouiensis aedificio, et ornâta picturis. obiit Anno Dni. 1669. Die 20 Maii. In Religione anno 22. Aetatis suae 45.

59. Andreas Katlowski, Gnesnensis, professus Domus nostrae. presbyter. obiit in Conuentu Cremenecen. Anno Dni. 1670. die 7 Januarij. In Religione anno 24.

60. Fr. Matthaeus dictus Rabitius. Silesius, ex opava. professus Domus nostrae, clericus. Hic egressus ex Monasterio cum fratribus iunioribus, ad recreandum animum, et captandas auras salubrioris gratia, post muros Casimirienses, ibidem in Vistula natando, in loco dicto Ogbie, submersus est. Exacto in Religione anno Vno, mensibus octo. Aetatis 21. Anno Dni. 1670. die 17. Junij. post dies tres inventus; in communi sepulchro fratrum conditus est.

61. Innocentius Joannes Siekierski, olim sacerdos saecularis, postea Religionem nostram ingressus Casimiriae, obiit in Wolbram. In Religione anno 36. Anno Dni. 1671. Resign. praep. Wolbram.

62. Gregorius Cichoszewicz. professus Crasnicensis, et ibidem Prior Conuentus. obiit subitanea morte. Anno Dni. 1672. In Relig. anno 45. Ex Villa Bystrzyca à Krasnik oriundus. parochiae tactus.

63. Mauritius Joannes Ktosowicz. de sochacow, (oppidum est in Mazouia) professus Domus nostrae. Organarius per annos 40, Ecclesiae nostrae. subitanea obiit morte, foetoribus furnacis subterranea in Refectorio extinctus. Anno Domini. 1672. die 29. Februarij. In Religione anno 46.

64. Martinus Tworkowicz. Kielcensis. professus Domus nostrae. presbyter. obiit Vilnae. Anno Domini. 1670. In Religione anno 23.

65. Casimirus Stanislaus Konrad. Cracouiensis. professus Domus nostrae. obiit in suchensi conuentu. Anno Domini. 1672. In Religione anno 34. In Villa Krzeszow obiit, in parochia suchen.

66. Stanislaus Gurski, nobili genere natus. prof. Casimirien. obiit stonimi. Anno Dni. 1672. In Religione anno 25.

67. Herculanus Joannes Kozubski, nobilis. professus Domus nostrae. ordinarius Praedicator in Ecclesia nostra, per annos decem. postea Prior Crasnicen. factus, ibidem obiit, 19. April. Anno Dni. 1672. In Religione anno 30.

68. Paulus Siecinowski, Bydgosciensis, ad Turoniam. Domus nostrae professus, presbyter. obiit in Conuentu Cremenecen. Anno Domini. 1672. die 20 Maij. In Religione anno 21.

69. Bernardus Stanislaus Jarocki. Casimiriensis. professus Domus nostrae. sacristianus et Director confraternitatis Ecclesiae SS. Corporis Christi. obiit Anno Domini. 1673. in Augusto. In Religione 33.

70. Laurentius Sowinski de Lenty. professus Casimiren. obiit Crasnicij. Anno Dni. 1674. In Religione anno 14.

71. Sebastianus Klimovowski Casimiriensis. professus Domus nostrae. obiit in Sudensi Conuentu. presbyter. Anno Domini. 1673. In Religione anno 11.

Operae pretium duxi, etiam hanc narrationem hic inserere. Circa haec tempora die Dominico, infra octauas SS. Corporis Christi, processio solemnis, quolibet anno, mane, uel in Vesperis, ab Ecclesia SS. Trinitatis PP. Praedicatorum, ad Ecclesiam nostram SS. Corporis Christi in hunc modum instituebatur. In primo agmine Confraternitas SS. Rosarij, bini et bini sua vexilla, quindecim mysteriorum, ordine disposito, Natiuitatis, Passionis, ac Resurrectionis Christi sequentes, cum vno singulari maiori Vexillo, quod gemmis, et lapillis mirifice contextum, plurium in se trahebat intuitum, maximo cum moderamine, procedebant. post hos, ordine pie disposito, sequebantur Virgines, non dum thalamis iugatae, speciosae forma, in vestibus albis, crinibus passis, et calamistratis, annulis, armillis argento vermiculatis decoratis, modestis vultibus, incessu composito, cum imagine Beatissimae Deiparae Virginis Mariae, quam ipsae quatuor portabant, omnes Hymnos polonice de SS. Corpore Christi cantantes, quarum vna ante imaginem, organum portatile pulsabat, et sic binae ac binae gradiebantur, cereis ab vtroque latere, accensis, deportatis, suo modestissimo gressu, et dulcisono iubilo, in quoddam spiritualis incentiuum amoris, circumstantium animos incitabant. His, eo pacto progressis, simili post eos transitu, imo deuotissimo, sequebantur clerici religiosi, dalmaticis induti, insigni conclusas artificio Reliquias Sanctorum, omni cum reuerentia deferentes. Deinde Religiosi omnes in proprio habitu, cum candelis accensis comitabantur. In fine Religiosi amicti cappis, dalmaticis, sanctissimum Corpus Christi, quatuor thuribulis continuo incensantes, sub Baldachino deducebant. Latera cingentes Viri grauissimi, sertis capita redimiti, taedas et lutrinia ex vtroque latere deferentes. Caeteri multiplici Musicarum genere concre

Processio solemnis infra oct. SS. Corp. Christi PP. Praedicatorum.

pantes suavissima melodia prodibant SS. Sacramentum. Hanc processionem solemnem, copiosissima multitudine turba popularis sequebatur.

Illud quoque, quod Anno Dni. 1653, ponendum erat, et omissum est, sic ponere censui. Sub tempus Sostitialis, nobile opus in Civitate Casimiriensi, destructum à Suecis, scilicet, Aquæ ductus, per fistulas ligneas in terra defossas. — *Aquæ ductus.*
Deducebatur enim Aqua, per semimilliare, à quodam fonte dicto Beciovka, ab hac parte, quà porta dicta Bochnensis, et deducebatur per Vistulam, per forum Caninum, ad forum usque Civitatis. In Civitate autem erant tria scrinia, spatiosa, et alta, in locis distinctis, in quas aqua, nocte dieque fluebat; ex quibus scriniis, accipiebatur omni tempore aqua, pro usu Civium: et ad officinas Cerevisiarias, similiter ab his scriniis, per fistulas in terra occultas deducebatur.

** positus sup in catalogo defunctorum.*
Paulus Wolenski, professus Domus nostræ. Statim post professionem suam factam, postulatus est (instante Episcopo.) a Conventu Canonicorum Regul. in Lubraniec, et ibidem Præpositus factus, quam Præposituram non diu administravit, sed brevi decessit. Anno Dni. 1656.

72. Prosper Matoszynski professus Crasnicen. obiit in Conventu Cremenecen. Anno Dni. 1651.

Judæi in sua sacra impii.
Anno Domini. 1650. Casimiriæ, Judæus quidam, noctu ingressus Synagogam per fenestram, effracto Armario, ubi servatur Decalogus Dei, totum argentum inde abstulit, et fugit, captus tamen a Judæis, sceleris sui pænas luit.

Milites in Civitate Judæorum.
Anno Domini. 1654. Milites intraverunt Civitatem Judæorum, numero triginta equites, per sex septimanas ibidem manserunt, extorquebant à Judæis decem millia Ungaricorum, tandem per Mandatum Regis, et Campiductoris, tria millia florenorum polonicorum acceperunt. Aromata ad Culinam Campiductoris pro mille florenis: pro itinere militibus fl. 560. Item pro vestimentis militum familiæ; Item pro victu per sex septimanas expenderunt quinque millia. Et in summa, fassi sunt Judæi Seniores, coram Consulibus Casimiriensibus, decem millia florenorum tunc expendisse. Egressi ex Civitate 22 Julii. Ita Martinus Golenski Consul Casimirien notavit.

ll. Ad Berestecian
Casimiria in periculo.
Anno Domini. 1651. in Mense Julio, Cum Casimirus Rex, expeditionem generalem ll. cum omni nobilitate Regni, contra Cosacos, et Tartaros, fecisset, et ad Sokalum Castra posuisset, quidam nebulo, in habitu germanico, statura pusillus, sed vafer et seditiosus, dictus Alexander Leo Kostka, vel Napirski de Stemberg, finxit literas et sigillum Regis, quasi ille pro defensione Civitatis Cracoviensis, iussus esset à Rege, aliquot millia hominum conscribere, et iam mille homines ad bellum gerendum idoneos convocavit, et Arcem Czorsztinum ad fines Ungariæ positam, dolo intercepit, et occupavit, alios plerosque sceleribus insignes, sibi socios adsciuit, brevi aliquot millia ex Hungaria et Bohemia auxilia sibi præsto fore, expectabat, donec aucti numero, et fortiores effecti, Cracoviam pergerent. Verum fraude comperta, ex Mandato Episcopi Craco

uien' petri Gembicki, multitudine rusticorum ex Montibus, et aliorum milit collecta, quorum feroci impetu, in eadem Arce captus, et in Vinculis adductus, in torturis fassus est, se literas Regis finxisse, et hac intentione tot millia hominu conuocasse, vt Cracoviã et Casimiviã occupata, illaru domicilia et Ecclesias spoliaret, et Judæoru Ciuitatem succenderet. Ipse postea post Casimiriam palo affixus, et complices alii capite plexi, alii in partes dissecti. (in montibus

Anno Domini. 1666. Ardor solis nimius per totam æstatem, vnde secuta est siccitas grauis, gramina, herbæ, et folia arborum exusta: quo tempore pecora peste interierunt plurima: ob quam causam, Supplicationes pro pluuia institutæ, et processiones ab omnibus Ecclesiis, ad Ecclesiam B.V.M. in Circulum Cracouiensem. — Siccitas.

Eodem Anno. Judæus quidam, qui mulsum conficiebat, petiit Magistratum Casimirien', quatenus ipsi, concedant, fistulis ligneis, in terra defossis, deducere aquam per murum Ciuitatis ad lapideam ipsius ex Vistula, verum Consules, cauentes, ne forte processu temporis, et brasseatorium pro ceruisia constituat, non permiserunt. Ita M. Golenski annotauit. — Consules Cauti.

Eodem Anno. Ex gente scelerata, ac hominibus inuisa Judæorum, Judæus quidam sub Constantinopoli, Messiam se, à Deo generi humano promissum, finxit, diabolicaq; fraude illusus, multa signa faciebat; quare ex magnitudine rerum ab eo gestarum, multi Judæoru in illum crediderut, undiq; in dies ad eum confluebant, ut exercitum compararet; tantaq; superbia elatus, ut ad Imperatorem Turcarum mitteret, ut beneuole principatui cedat, alioquin vi illum expulsurus. Istud ubi apud Judæos in Polonia auditum est, haud alia exultatio facta, quam si magna quædam Victoria nuntiata esset, aut ipsa vrbs Hierusalem denuò ædificata videretur; vt multi ex oppidis, villis, Ciuitatibq; ac nostra Casimiria abirent ad eum. Erat primò formidabilis Turcis. Consuluit interea Turcaru Imperator Christianoru Episcopos, et sacerdotes, vtrum ille sit Messias à Deo promissus, an ille quem vos prædicatis quia iam venit. Episcopi, et alii pii Sacerdotes, iudicantes, illum omnia diabolica illusione facientem, exorcismos adhibuerut, portantes Crucem ante exercitu Turcarum, inuocaueruntq; nomen Domini Jesu Christi, adiuvantes dæmones per eum, ut hunc falsum messiam relinquant, quare à dæmonibus derelictus, captus, et suspendio necatus. Cum autem Judæis nuntiatum esset, Messiam illorũ fictum, turpiter decessisse, maximè cœperunt labare, inclinatam penitus fortunam suam iudicantes, et à Christianis persequi. — Judæi multi ex Ciuitate sua ad Messiam suum abeunt.

Anno Dñi. 1673. Quidam fratrum, ex Antiphonario grandi pargameneo, in Oratorio ad decantandas horas Canonicas constituto, clandestinè excidit plusqm triginta chartas pargameneas, et Judæo vendidit, ob quam causam in carcere per aliquot menses maceratus est. Et hoc ad cautelam scribitur. — Furtum Ecclesiæ.

Anno Dñi. 1669. Accidit Casimiriæ, in lapidea aciali, intrando plateam, quæ ducit ad Ecclesiam S. Jacobi. Adolescens quidam manendo in ipsa lapidea, in superiori parte domus, diuulgauit coram patrefamilias, apparuisse sibi animam noctu, cuiusdam mulieris, eo in loco ante aliquot annos defunctæ, et rogasse, ut pro illa celebrent — Apparitio defunctæ, ficta.

tres missæ; prima in Arce Cracovien, ante Altare Passionis, quod est ad Sacrarium. secunda in Ecclia SS. Corporis Christi, in capella Maiori B.V.M. Tertia in Rupella S. Stanislai. Hæ missæ celebratæ sunt curâ Patris familias. post duas septimanas, iterum divulgavit, secundò apparuisse sibi hanc animam, et quinque signa manuum, igne exusta, in tribus foribus reliquisse; in primis foribus erant duo signa, in secundis foribus duo signa, in tertiis foribus cameræ occlusæ, intus signum unius manus: quibus auditis, concurrunt undique cives, etiam nobiles, religiosi, ad videnda hæc signa. Cuius rei fama, cum ad aures Nicolai Oborski, pro tunc Suffraganei, et officialis Cracovien pervenisset, misit per specialiter à se destinatos, qui totam rem perscrutarentur, ac ut publico testimonio res nota fieret; et ita ut narrabatur compererunt; deinde et ipse descendit, fit commissio bis; de qua re, quasi certa et indubitata, ipse adolescens, et Paterfamilias, Martinus Leniec, scabinus Casimirien, cu uxore sua iuramento professi sunt. Hæ fores ex lapidea, ad Ecclesiam nostram translatæ, tunc quolibet die fit ingens concursus hominum, etiam ex villis et oppidis, adiacentibus; divulgato hoc longè lateque. ipse Episcopus Cracov. Andreas Trzebicki, postquam venit Cracoviam, in Octava SS. Corp. Chri, venit ad Ecclesiam nram, cu Magnif. D. Joanne Wielopolski, capitaneo generali Cracovien; post absolutam devotionem, videt hæc signa. Brevi, convocatis ad Aulam suam, sæcularibus et Religiosis Doctoribus, proposuit hoc; Approbanda ne, an non hæc signa? PP. Societatis contradixerunt, productis tot rationibus. et sic hæ fores servatæ, postea interierunt, et oia silentio sepulta. Vide * infra.

II. ad Videnda hæc signa.

Anno Dñi 1670. Beatus Stanislaus Kostka Polonus, Societatis Jesu, in numerum Beatorum, cum Salomea Virgine ordinis S. Theresiæ, quondam Regina Haliciæ, velati, a summo Pontifice Innocentio X.

BB. Stanislaus Kostka, et Salomea.

Circa Annum Dñi. 1652. Italus quidam, dives Mercator Varsaviæ, habuit duos filios (Dzianoty dictus) qui cu adolevissent, liberalibus disciplinis eruditos domi, Romam misit; ibi ambo Cœnobium Barnabitarum ingressi, et professi; post tredecem annos in religione exactos, petebat a superiore licentiam revisendi in Poloniam, et visitare parentes, quod cum illis concessum esset, maior natu ingressus est religionem laxiorem Canonicorum Regul. custodum SS. Dñi sepulchri, in Miechow: alter minor natu, ex commendatione Petri Gembicki Epi Crac. et Nicolai Stowikowski Archiepisc. Crac. ingressus est religionem nostram, et susceptus ad Conventu nostrum Casimirien, expleto Novitiatus anno, et obtenta dispensatione à Sede Aplica, in manibus Nuntii Apostolici fecit professionem; exinde sibique in Lubraniec Canonicorum Regul. factus, brevi tempore ibidem mortuus est.

Novitii ex religione strictiori.

Ad te mentem erigo.
Ut sim saluus tuo dono * Meam in te spem repono,
Te patronum eligo.
Verbi Dei prædicator * Feruens virtutum amator,
Gemma pudicitiæ.
Vagos stringe cogitatus * Per te in me firmus status
Regnet continentiæ.
Sensus firma fluctuantes * Hostes fuga conturbantes,
Comprime dæmonia.
Firma mentem, iram frœna * Confer pacem, cor serena
Aufer aduersantia.
Prælecte tu dignare, * peccatori impetrare
Mihi Christi veniam.
Ut sic possim respirare, * Et excessus emendare
Consecutus gratiam.
Confer vitæ sanctitatem, * Corporisq; sanitatem
Da quieta tempora.
Auge meram charitatem, * Cordis tolle prauitatem
Me languentem robora.
O lucerna, flos virtutum, * Nobis præbens iter tutum
Stella lucens sæculo.
Iubar tuæ claritatis, * Me defendat à peccatis
Tollat ab ergastulo
Vitæ meæ regat cursum, * Ac post mortem trahe sursum,
Confer cæli gaudia.
Ubi Deum contemplari, * Iustisq; associari,
Merear in gloria. Amen.



HYMN

O Błogosławionym Stanisławie Kazimierczyku.

Zawitay Mężu w pobożności stały
W społecznym Życiu Apostolskim trwały
Błogosławiony Oycze Stanisławie
przeß cię niech kwitnie Kazmierz w pięknej sławie.

Iasna Pochodnio Życia duchownego,
Uproś za nami Boga wszechmocnego,
Abyśmy w grzechow niewpadli ciemności,
ktore prowadzą w piekielne wieczności.

Bog ktory panem na świętym niebie
Ten na tey Ziemi Umiłował Ciebie:
Wstaw się do niego byśmy wstali z złości
Jednay moc stałym, chowaj w pobożności.

Mocna Forteco miasta Kazimierskiego
Tyś iest ozdobą, y obroną iego:
Spraw by od głodu, powietrza, y woyny
Bylibyśmy wolni, mieli czas spokoyny.

Niech kwitnie miłość, wiara chrześciańska,
W tym mieście naszym, cnota, miłość pańska:
Błogosław wszystkim by naśladowali
Ciebie w tych cnotach, y w nich się kochali.

Mocny lekarzu w chorobach śmiertelnych
Racz dać ratunek, w sporach być sług wiernych:
Ci ktorzy twoiey modlitwy wzywaią
Niech się z pociechą do domow wracaią.

Nasz wszystkich prosim w tey północney stronie,
Chowaj Patronie w swey świętey obronie:
Pogrom Pogany wyrwiy nas z niemocy,
Od Boga przeß cię wzywamy pomocy.

Zabiegay trwogom koronnym, a w niebie
Zgotuj u Boga mieysce wedle siebie:
Mamy nadzieię y tę wiarę ktemu
Że nas zalecisz Bogu przedwiecznemu.

Cześć chwała Bogu niech zawsze zstąd będzie
Niech go wychwala wsze stworzenie wszędzie:
ktory nam ciebie Kurwatysz darowac
prosz, by nam teß dał y w niebie krolować. Amen.



MODLITWA.

Zebyśmy się zá twoie przewáżną przyczyną/ godnymi stáli obietnic


eiwáłsinátSynoiwáłsłáwionyStánisłáwie
iwáłsinátSynoiwáłsosłáwionyStánisłáwi
wáłsinátSynoiwáłsogosłáwionyStánisłáw
áłsinátSynoiwáłsogogosłáwionyStánisłá
łsinátSynoiwáłsogołogosłáwionyStánisł
sinátSynoiwáłsogołBłogosłáwionyStánis
inátSynoiwáłsogołBiBłogosłáwionyStáni
nátSynoiwáłsogołBimiBłogosłáwionyStán
átSynoiwáłsogołBimámiBłogosłáwionyStá
tSynoiwáłsogołBimánámiBłogosłáwionySt
SynoiwáłsogołBimánánámiBłogosłáwionyS
ynoiwáłsogołBimánázánámiBłogosłáwiony
noiwáłsogołBimánázezánámiBłogosłáwion
oiwáłsogołBimánázeiezánámiBłogosłáwio
iwáłsogołBimánázeiśiezánámiBłogosłáwi
wáłsogołBimánázeiślśiezánámiBłogosłáw
áłsogołBimánázeiśldlśiezánámiBłogosłá
łsogołBimánázeiśldodlśiezánámiBłogosł
sogołBimánázeiśldoModlśiezánámiBłogos
łsogołBimánázeiśldodlśiezánámiBłogosł
áłsogołBimánázeiśldlśiezánámiBłogosłá
wáłsogołBimánázeiślśiezánámiBłogosłáw
iwáłsogołBimánázeiśiezánámiBłogosłáwi
oiwáłsogołBimánázeiezánámiBłogosłáwio
noiwáłsogołBimánázezánámiBłogosłáwion
ynoiwáłsogołBimánázánámiBłogosłáwiony
SynoiwáłsogołBimánánámiBłogosłáwionyS
tSynoiwáłsogołBimánámiBłogosłáwionySt
átSynoiwáłsogołBimámiBłogosłáwionyStá
nátSynoiwáłsogołBimiBłogosłáwionyStán
inátSynoiwáłsogołBiBłogosłáwionyStáni
sinátSynoiwáłsogołBłogosłáwionyStánis
łsinátSynoiwáłsogołogosłáwionyStánisł
áłsinátSynoiwáłsogogosłáwionyStánisłá
wáłsinátSynoiwáłsogosłáwionyStánisłáw
iwáłsinátSynoiwáłsosłáwionyStánisłáwi
eiwáłsinátSynoiwáłsłáwionyStánisłáwie

PANA CHRYSTVSOWYCH:

Ktory żyie z Bogiem Oycem/ y Duchem świętym ná wieki wiekow/ Amen.

91. Anno Dñi. 1683. Die 13 Augusti. Jan Stanisław Jabłonowski, woie woda Ruski, krolestwa Polskiego Hetman koronny, wyieżdżaiąc na woynę prze ciwko Turkom pod Wiedeń, z Janem Trzecim krolem polskiem; osobą swą, z pułkownikami swemi, przyszedł umyślnie do kościoła Bożego Ciała na kazimierz, y tam u grobu Błogosławione Stanisława kazimierczyka, modlitwy swoie czy nił, prosząc P. Boga, przez przyczynę tego pobożnego męża, aby szczęśliwie mógł tę expedicyę odprawić. Jakoż dał P. Bóg znaczną victorię z Turka, iako other w kronikach. — Hetman koronny, ofiaruie się iadąc na woynę.

Anno Dñi. 1667. Pod czas Woyny z Turkiem, y inszych turbacyey wkrolestwie pol skim, błagaiąc P. Boga, y prosząc o pokoy przez świętych iego, roskazał X. Biskup krako wski, Andreas Trzebicki, aby wszystkie processie, świeckie y Zakonne, nawiedzały gro by Błogosławionych krakowie, y obrazy cudowne Naszo. Panny; między inszemi y nasz Błogosławionego takze grob nawiedzali, y Bractwa zrożnych kościołow. — Processie do grobow Błogosł.



VITA, GESTA, ET MIRACVLA.

BEATI STANISLAI POLONI,

Casimiriæ ad Cracouiam Oriundi.

Canonicorum Regularium Lateranensium S. Saluatoris, Ordinis D. Augustini. Vicepriorís, Conuentus SS. Corporis Christi, Casimiriæ Confessoris.

Nunc primùm in lucem edita, ad Laudem Dei, et eiusdem Beati, aliorumq; sanctorum honorem, Consolationemq; christi fidelium.

Authoritate Illustrissimi D. Bernardi Macieiowski S. Rom. Eccl. Cardinalis, Archiepiscopi Gnesnensis.

Authore Martino Baronio Jaroslauiense clerico.

Superiorum Permissu.

CRACOVIÆ.
Jn officina Basilii skalski. Anno Domini.
M. DC. IX.

92.

PERILUSTRI, ET REVERENDISSIMO, IN CHRISTO PATRI DOMINO. D. STANISLAO SUŁOWSKI.

Diuina prouidentia Abbati Tinecensi, Ordinis Sancti Benedicti, ac Canonico nato Cracouiensi, dignissimo, salutem, et perpetuam felicitatem.

Cum annis praeteritis essem Romae, Reuerendissime D[omi]ne, catalogum Sanctorum in animum induxeram colligere, non quidem omnium: id enim instituti mei ratio non exigebat, sed eorum tantum, qui Patroni post Deu[m] tutellares Regni Poloniae, vtriusq[ue] sexus habentur. Aequum enim est in Polonia, Beatos à Polono certo ordine definivi, et de his pro modulo ingenii, propter aliorum aedificationem, benè mereri. Ad quam rem Pontifex Beatissimus Clemens Octauus, et Ill[ustrissi]mus D. D. piae memoriae Bernardus Macieiowski, Cardinalis tituli sancti Joannis ante portam Latinam, Archiepiscopus Gnesnensis, suis priuilegiis mihi calcar addiderunt. Insuper Sereniss. D. D. Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, eò plus erexit. Quod opus Romae inceptum, Cracouiae deinceps, magno labore finiui, et studio extremam imposui manum. Sed quoniam desidia secum crimen trahit, ne otio torpere videar, quem deinceps laborem susciperem, cogitaui. Et illud quidem in mentem venit, nomen Stanislai, quod merè Polonicum est, si quidem ex vernacula lingua Sarmatarum ipsius origo deducitur, laudibus seorsim condecorare. Cuius nominis, cum non pauci Sancti, in Polonia floruissent, eosdem in vnum codicem libuit compingere. Namq[ue] praeter illum, qui nobilis ex gente Scepanouiorum Episc. Crac., martyr gloriosus fuit: Stanislaus Hosius, vir pius, ac verè sanctus, Romanae Ecclesiae Cardinalis Varmien[sis] Episcopus: magnaq[ue] scientia praeditus, demum in Concilio S. Tridentino ferè princeps, nostra memoria vixit. Quid in eo magis laudem, doctrinam, an sanctimoniam, haud inuenio. Jam verò Stanislaus, ex stirpe inclyta Costkorum Societatis Jesu, quantum fulget. Is non tantum Romae, in Italiae, aut Poloniae partibus, aliisq[ue] prouinciis finitimis, miraculis claret, verum in orbis noui, regionis Indicis, inter barbaros, eius nomen multis prodigiis sonat, et plerosq[ue] gentiles ad fidem Christi conuertit. Quid de te Stanislae Casimiriensis loquar? qua te laude sub astra vehar? Tu enim Canonicus Regularis S. Augustini Casimiriae penes Cracouiam fuisti. Tu in vita miraculis claruisti, nunc etiam post fata splendescis. Tu in catalogo primum obtines locum, quia necdum es a quoquam celebratus, nec longè abesse ab vrbe voluisti. Hoc ego opus perfectum, non sub alterius auspiciis in lucem prodire, quam sub tuis Reuerendissime Abbas, decreui. Cui enim D. Stanislaos quam Stanislao, Polonos, quam Polono, plerosq[ue] nobiles, quam nobili offerram? praesertim quod Religio tua pietasq[ue] in Deum, Sanctos, ac patriam, pateat vniuersis. Liberalitas verò tanta est in pauperes, religiosos, adeòq[ue] omnes, ut Soli videatur addere lumen, qui

Verbo his hac in re cupiat esse. Qualis in Canonicatu Cracouien vixeris, quanto feruore, in Deum et Sanctos asseris; quam fidem Regi probaueris, omnium testimo nio constat. Proinde Serenissimus Rex, et publico muneri te præfecit, et Abbatis offi cio præstantissimo, dignum esse censuit. Accipe itaq. hoc munusculum, et opusculum, exigu um quidem, sed ab animo excelso profectum. Accipe Stanislaum Casimirien, vel inpri mis, alios deinceps, et indigetes Sanctos, quod facis, amplectere. Me autem clientem, velis esse tuum, oro. Ego dum viuam, iis quos descripsi nunc offero, te semper comenda bo, vt eorum subsidis apud Deum, sic feliciter viuas, et vitam sancte, hominum sancto rum exemplo transigas. Futurum ita, vt mercedem quam illi consecuti sunt, obtineas. Vale Abbas dignissime. Datum Cracouiæ, domi Reuerendi Hieronymi Rečayski Archi diaconi Crac., III Idus septemb. 1609.

Perillris et Rdssimæ Celsitud. Vestræ
dedicissimus.
Martinus Baronius Iavorlau. Cleric.

Omnia iudicio censuræ, ac authoritati, sanctæ Romanæ, ac catholicæ Ecclesiæ, pro qua, et in qua militamus, et sanctissimo eius Antistiti PAVLO Quinto, pontifici Maximo, cui nunc illæ piè, et sanctè præest, subiecta esse volumus. Cuius benedictioni, nostrosq. conatus commendamus feliciter.

Reuisa et examinata est ab his Reuerendis Patribus.

A Rndo Patre, Fratre Stanislao Wierbicki, generalis totius Religionis canonicorum Regul. S. Mariæ de Metri, de pænitentia BB. Martyrū D. Augu stini. Cracouiæ.

A Rndo Patre Stanislao Maniecki, ordinis Canonicorū Regul. B. Augusti ni, præposito Ecclæ Corporis Christi. Casimiriæ.

A Rndo Patre Fratre Stanislao Vilico Romano, ordinis S. Pauli primi Eremitæ, priore Pincouiensi.

A. Rndo Patre, Fratre Stanislao Tarelewski, ordinis Eremitarū S. Augustini editu[o] S. Catherinæ, Casimiriæ.

Ac per Rndsmum D. patrem Andream Schoneum, S. Th. et I.V.D. Vniuersita tis Cracouien. generalis studii Rectorem, approbata, inq. lucem ut ederetur per missa.

AD LECTOREM.

Candide Lector, hæc feliciter, et fideliter extracta, ex Cathalogo san ctorum, et Beatorum Regni Poloniæ patronorum, Romæ, à Magistro S. Apostolici palatii approbata, et Cracouiæ Anno 1603 reuisa, bo ni consule, quæ alias citò Latino et polonico sermone edita Deo volente habebis.

93.

Vita, Gesta, et Miracula,
BEATI STANISLAI, S. TH. BACCALAV.
Ex Casimiria Cracouień Oriundi. Ordinis Canonicorum Regularium Lateranensium S. Saluatoris, ordinis S. Augustini, ac Viceprioris, conuentus Sacratissimi Corporis Christi, Casimiriæ.

Beatus Stanislaus Polonus, originem suam duxit ex Casimiria, quæ est contigua Cracouiæ Ciuitas, honestis prognatus parentibus, pietateq[ue] conspicuis, patre Mathia Sothys cognominato, textoriæ artis professo, ac Consule Casimiriense: matre verò Hedwigi femina deuotissima. Natalem eius illustrem efficit, solemnis apud polonos dies, translatione Corporis S. Stanislai Episcopi, et martyris, ex templo supra martyrium ædificato, ad augustiorem cathedralis Arcis sedem, in eo statim à primis in cunabulis, mira quædam pietatis, ac religionis, semina emicuerunt. Nam quàm primùm per ætatem licuit, Academiæ Cracouień, bonarum artium ac disciplinarum gratia, à suis commendatus, tantos ibidem, tamq[ue] stupendos progressus breui temporis spatio fecit, vt omnes æquales ac coætaneos suos, multis post se parasangis, cum admiratione haud modica præceptorum, derelinqueret. Pulchram autem à Deo animam nactus, animaduertens haud tuto scorpionibus cohabitari, religiosum Vitæ genus, sub Regula S. Augustini, apud Canonicos Regulares Lateranenses, magna animi cũ auiditate, amplexatus est, paupertatem Christi, Vanis ac fluxis mundi pollicitationibus, prudenter anteponens.

B. Stanislai parentes.

Natus anno 1433. 27 Sept.

Academiæ Crac studiosus.

In consortium itaq[ue] seruorum Dei receptus, tanquam lucerna supra candelabrum posita, Vitæ sanctimonia, abstinentia Victus, multaq[ue] reliquarum Virtutum luce, ita subitò splendescere cœpit, vt superiores, Virtutibus eius impulsi, sine mora illum, primò in ordinarium Verbi diuini, apud Conuentualem Ecclesiam suam præconem, paulò post quoq[ue] sacræ paginæ ad fratres suos lectorem publicum, ac deniq[ue] ita Vrgentibus maximis eius meritis, in Vicepriorem Conuentus Corporis Christi Vnanimi consensu adoptarent. In quo dignitatis gradu constitutus, quàm Vberem messem animarum, tum ignitis ac zelosis concionibus, tum sancta et exemplari Vita, apud concines suos collegerit: dici Vix potest, nec enim ita in procliui positum reor, exactum in Via numerum eorum, qui doctrina ipsius, sanctaq[ue] conuersatione, ex scelerũ ac flagitiorũ lacunis extracti, ad salutarem pœnitentiam, veramq[ue] Vitæ emendationem traducti sunt. Ea quippe præpotentis Dei gratia super illum luculenter irradiabat, ut omnes amabili quadam, ac perincunda mo

B. Stanislaus prædicator, Lector. Vicepriór.

B. Simon de Lipnica.

B. Michael gedrucius.

B. Joannes Cantius.

B. Suentoslaus.

B. Esaias.

rum ipsius suavitate illecti, eum tanquam Communem parentem, plusquam filiali affectu prosequerentur.

Hinc factum est ut quotquot essent, tum vitae instituto, tum morū consonantia, ipsi persimiles, minimè sese à calore amicitiae eius, abscondere valerent, quin subito dexteras illi concederent, sanctaq; laborum ac consiliorum communione ipsū ad opus Euangelii instantius peruvgendum fortiter instigarent. Inter quos sanctitate praecipuè extiterunt. Primus B. Simon de Lipnica ordinis S. Francisci de obseruantia Minorum, qui decem mortuos vitae restituisse creditur, Cracouiae in templo Fratrū suorum quiescens. Alter B. Michael gedrucius, Canonicus Regularis S. Augustini, ordinis S. Mariae de Mebi, de Poenitentia Beatorū Martyrū, multis ibidem miraculis clarus, ac quatuor mortuorum resuscitator percelebris, ad S. Marcum, à fratribus sui ordinis, honorificè conditus. Tertius quoq; B. Joannes Cantius, Academiae Cracou. professor, ac sacrosanctae Theologiae Doctor, viginti sex mortuorū resuscitator magnificus, apud S. Annam Academiae templum, decenter satis tumulatus. Quartus deniq; B. Suentoslaus, Mansionarius, executor testamentorum, cui adhuc in vivis agenti, in Ciuitate Slawkow, sanctus Stanislaus Episcopus et martyr apparuit. Cuius Reliquiae, similiter Cracouiae in aede Diuae Virginis sacra, ad forum, religiosè venerantur. Quintus B. Esaias Cracouiensis, S. Th. Doctor, ordinis S. Augustini Eremitarum, ad S. Catherinam Casimiriae, duorum mortuorum resuscitator, et plurimorum infirmorū sanator, praeclarus. Sed unde digressa est mea revertatur oratio.

Beatus hic Stanislaus noster, supra reliquarum virtutum cumulum, mira insuper solertia, et vigilantia, praeditus fuit, quoq; se ab humanis laudibus occultaret facilius; noctu singulas infirmorum fratrum cellulas adibat, et benedicens ipsis, signo sanctae Crucis, in osculo pacis, ac solatia spiritualia, sanctaq; monita iisdem impertiens, subinde haec, et similia regerens verba: Fratres charissimi, oportet nos per multas tribulationes, introire in regnum caelorū. Necessaria quoq; si opus erat oportunè ipsis ministrabat. Eandem quoq; consuetudinē, in visitandis saecularibus aegrotantibus, haud segnius usurpabat, omnibus enim debitorem se arbitrabatur, nulli quantum ab ipso erat, subtrahens viscera compassionis, ac vitae documenta salubria.

Nocte indutus cilicio, nuda humo incubans, somnū capiebat, supposito capiti loco ceruicalis saxo durissimo; breui degustato somno, iterū surgebat ad pernoctandum in oratione sancta, Deiq; iustificationibus sese exercendum instantius. Diebus quoq; solemnibus, ieiunio ab Ecclesia dicatis, frequenter conspectus fuit, abiecta tunica, sacco tantummodo indutus incedere, integram hebdomadam bina solummodo refectione, in pane hordeaceo, ac aqua frigida, terminare dimensum suū quotidianum, residuum pauperibus larga manu interim distribuendo.

94.

Tanta verò vigilantia praeditus fuit rara, ut nocturnas fratrum vigilias, unus omnium semper anticiparet, nonnunquam quinquagenos, saepe etiam integrum ex ordine psalterium, ante matutinas expediens. Cibum non nisi flexis genibus, ac oratione Dominica pro vivis ac defunctis recitata, capiebat: spiritum suū assiduè scopebat meditatione sancta, statuens se in conspectu Domini, et Beatae Mariae Virginis cui singulari quadam deuotione addictus erat. Hinc enim aliquando in Ecclesia s. Stanislai, loco ubi martyr Christi, pro veritatis et Ecclesiae Dei defensione, trucidatus fuit, (habebat enim hoc in more positum, ut singulis feriis sextis, quoad viveret, sepulchrum Christi martyris deuotè visitaret) insolito quodam spiritus impetu correptus, preces suas ferventius perageret, meruit videre gloriosam Virginem Mariam, puerū Jesum brachiis suis claudentem, stipatam glorioso Episcopo et martyre Stanislao, pontificalibus solemniter induto, concomitante insuper innumerabili sanctorum cohorte, in haec verba eum compellantem. Gaudeo fili Stanislae, de insigni ista deuotione tua, qua me unà cum sancto Stanislao patrono tuo, indesinenter prosequeris: ideò tibi dico, viriliter age, et esto robustus, te enim unà cum sanctis meis, merces copiosa, exspectat in caelis. Hisque dictis disparuit. Apparitio prima.

Ex qua die ita strictè silentium observare visus fuit, ut à Completorio usque manè alterius diei, non nisi prima peracta, nullis unquam ex ore ipsius elicere potuerit; qua absoluta causarum audientiae se dabat, aut si ab his vacare contingeret, usque dum missae tempus appropinquaret, Eloquiis Dauidicis solitarius cum Deo confabulabatur. Quotiescunque sacrosanctis altaribus astitit oblationem peracturus, nunquam homini verbum locutus noscitur. Sacra synaxi peracta, aut labori manuum se dabat, aut de Scripturis sacris, cum sibi charissimis fratribus conferebat. Hisque et similibus sanctis exercitiis deditus, neutiquam tamen consueti praedicandi munus intermittebat, docens, increpans, obsecrans, cum multa humilitate, et patientia. Verba autem ad populum faciens, haec inter alia frequenter iterare solebat: Tu qui missam audis, et a fine recedis, nulla tibi merces datur, quia laus divini officij in fine probatur.

Deinde multis pro Christi nomine exantlatis laboribus, tandem in gravem infirmitatem incidit, quam ob exhaustas nimia abstinentia, ac vitae rigore vires, de die in diem magis invalescente, a Domino se ad requiem vocari haud obscurè persentiens, ingenti lachrimarū imbre effuso, divinae sese misericordiae, ac protectioni, ferventissimis precibus commendare coepit. Cui ita in oratione posito, subitò apparuit Dominus et Salvator noster, unà cum gloriosissima Virgine Maria, ac multis aliis Sanctis, Regni praesertim Poloniae patronis, blandè illum hisce verbis compellans: Surge et festina fili mi Stanislae, hodie enim mecum eris in paradiso. Apparitio 2.
Quo exoptato nuntio percepto, subitò de lectulo sese proripiens, sine mora sacra

mentis Ecclesiae praemuniri voluit, quibus vitae, et ex ordine, summa cum devotione perceptis, convocatis fratribus suis in Christo charissimis, pacisque osculo salutatis, erecta manu eisdem benedicens, manusque singulis imponens, in haec verba iisdem valedixit: Benedicat vos Dominus Deus noster, Pater, et Filius, et spiritus S. Amen. et det vobis suam sanctam pacem, charitatem perfectam, conversationem sanctam, et pios mores, insimul omnibus, in saecula saeculorum. Amen.

Quibus dictis prostratis in terram genibus, manibusque in formam Crucis expansis, fixis in caelum oculis, castissimam animam Deo commendavit; ultima verba haec emittens: Domine Iesu Christe Fili Dei vivi, In manus tuas commendo spiritum meum: sicque animam Domino Deo reddidit. 1489. 3 Mai. sepultus est, cum summo honore, et timore Domini, cum gaudio, et laetitia omnium, non sine miraculis, ibidem Casimiriae, in Ecclesia Sacratissimi Corporis Christi, apud suos fratres. Incidit eius obitus, in Tempora Leonis Papae X. Maximiliani Primi Romanorum Imperatoris. Casimiri Tertii Regis poloniae, atque Friderici, sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalis Episcopi Cracovien. et Archiepiscopi Gnesnensis, eiusdem Casimiri Tertii Regis Poloniae Filii.

Cuius Epitaphium in sepulchro ipsius, ex antiquo et obliterato charactere, ea qua potuimus fide collegimus, et suis numeris reddidimus.

Hoc conclusa iacent, Divi Patris ossa sepulchro,
Stanislai, hac Casimiria de gente Creati:
Cuius erunt meriti, miranda aeterna trophaea.

Miracula verò, seu Beneficia, quae Deus operatus est per merita, pii et Beati eiusdem Patris, Stanislai Confessoris Casimiritani. 58. a praefato Martino Baronio conscripta, quae postea polonico idiomate (dum ederetur Vita eius) aucta, et praelo data.

De B. Stanislao Casimiriensi, Antiphona ab eodē Baronio edita.

Aue lux vitae Canonicae: Dei Confessor mirifice.
Beate pater Stanislae: stella refulgens Casimiriae.
Gloria tu Polonorum: Tu decus Canonicorum.
Quos Regula sancta fouet: Atque summo Deo vouet.
Cuius Diuus Augustinus: Post Deum autor est primus.
Vir omni lingua laudande: Toto orbe praedicande.
Qui das lapsis releuamen: Qui das infirmis iuuamen.
Tu pro nobis intercede: Ut caelesti nos mercede:
Ditet Deus cum beatis: Regno suae faustitatis. Amen.

CATHALOGUS VIRORUM ILLUSTRIUM, ET ERUDITORUM, IN CONGREGATIONE NOSTRA CRACOVIENSI.

D. Conradus Alemanus.
IVD. Primus Eccl[ia]e et Conuentus Praepositus. Qui obiit. A.D. 1421.

D. Joannes Loeblin. presbyter, sanctitate notatus. obiit. A.D. 1492 Die 2 Feb.

D. Nicolaus de Biecz. presbiter. Sanctimonia Vitae conspicuus. A.D. 1494.

B. Stanislaus Casimiritanus. In Academia Crac. philosophiae et Artium Doctor. et Sacrae Theol. Baccalaureus. Anno D[omi]ni. 1489.

D. Joannes Austriacus II. Ecclesiae et Conuentus Praepositus. S. T. D. 1428.

D. Derslaus de Borzniow, Decretorum Doctor. In saeculo Archidiaconus et Canonicus Cracou. de Armis Topace. Anno D[omi]ni. 1499. 26 octob. obiit.

D. Jacobus Olesnicki, de Armis Dembno, Sbignei Epi Crac. germanus, prof. Domg nrae. Anno D[omi]ni. 1500.

D. Andreas Prior, et Praedicator. S. T. Baccalaureus. A.D. 1524.

D. Joannes Niczkonis. Octaus Ecclae et Conuentus praepositus. I.V.D. A.D. 1544.

D. Stanislaus Niedziela. Nonus Ecclae, et Conuentus Praepositus. S. T. Baccalaureus. A.D. 1582.

D. Stanislaus Maniecki IVD. X. Eccla, et Conuentus Praep. 1611. obiit.

D. Martinus Kłoczynski I.V.D. 11. Praep. Judex Synodalis. Visitator Monialium, et Commissarius in variis Ecclae negotiis. A.D. 1644. obiit.

Fr. Stephanus Smolenski, Diaconus. Pietate insignis. in Acad. Crac. Baccalaureus.

D. Mathias Gaszynski prof. Crac. postea praepositus Stemberzen. 1630. Infulatus.

D. Martinus Albinus Fricewicz. In Acad. Crac. Philosophiae Baccal. S. T. Auditor.

D. Paulus Pukalinus. S. T. D. Romanus. et praedicator. Edidit librum, Genealogia Canon. Regul. Lateran. obiit Anno D[omi]ni 1631.

D. Joannes Augustinus Biesiekierski, e Societ. Jesu 4ti Voti dimissus, Theologus. Praelo dedit libellum, De Veneratione SS. Imaginu. Legitq[ue] in Conuentu Theologiam moralem. obiit Crasnicii. A.D. 1636.

D. Candidus Sloka, presb. primo professus Camaldulen, postea, per dispensatione Sedis Apostolicae, factus Canon. Regul. professus Cremenecen. obiit. A.D. 1637.

D. Andreas Sziembosz nobilis, Domus nrae professus, postulatus ad praepositura Mstouiensem Can. Reg. quam administrauit annis 45. obiit. A.D. 1649.

D. Blasius Roszinski, saecularis presbyter. Posnaniae Omnium SS. Canonicus, Notarius publicus, et Actuarius Consistorij Cracou. Et Illmi Joannis Tarnowski Archiepisc. Gneshen. Actuarius. Hic ingressus Religionem nostram Casimiriae, multa Vasa argentea Ecclae nrae obtulit, et libros in Jure. Sed propter certas causas post professionem, dimissus, Religionem religiosoru S. Spus de Saxia Crac. ingressus ibide obiit.

D. Hyacinthus Liberius S. T. Doctor. 12. Eccle et Conuentus Praepositus. Visitator Monialium, et in multis Eccla causis Commissarius. A.D. 1673. obiit. Et primo Philos. Baccalau. et Magister in Acad. Crac.

D. Joannes Baptista Malonowski, Praepositus Crasnicen, Consummatae authoritatis et Doctrinae Vir. A Cozacis Crasnicium Vastantibus, in odiu fidei Catholicae, Crudelissime occisus. A.D. 1648. die 20. Novemb.

D. Petrus Zolewski, In Academia Crac. Philosoph. Baccalaureus, postea sacerdos saecularis, professus Domus nrae. obiit. A.D. 1649.
D. Paulus Wolenski, vir nobili genere natus, professus Domus nrae, ad praeposituram in Lubraniec, Canon. Regul. postulatus, ibidem obiit.
D. Joannes Chrysostomus Korsak, nobilis Lituanus. Magnifici D. Josephi Korsak Palatini Mcislavien. consanguineus. Praeposituras aliquot administravit, et Visitator Conventuum in Lituania. Casimiriae obiit. A.D. 1652.
D. Valentinus Kucibovski, pietate celebris. eius Vitam Vide fol. 23.
D. Adamus Sibourius, vitae sanctimonia clarus. Cuius Vitam. Vide fol. 25.
D. Martinus Ciecierski, vir egregius, postulatus ad praeposituram Clodaviensem ibide obiit.
D. Joannes Vbaldus Podbielski. in Acad. Crac. Philosoph. Baccalaureus.
Fr. Albertus Hieronymus Opocrynski. Diaconus. posnaniensis. S. Th. Auditor. Vir felicis ingenii. Manibus Patrum Soc. Jesu ad sepulchrum deductus. De ipsius morte, vide fol. 138.
D. Albertus Tarnouius Sowinski. Vir sanctitatis fama celebris. Vitam eius vide. fol. 34.
D. Nicolaus de Radomsko. Eius Vitam. Vide fol. 35.
D. Albertus Kochanowski, in Acad. Cracou. Philosophiae Baccalaureus.
D. Stanislaus Frigdianus Goworowski, Rethoricam in Conventu Crac. fribus legit.
D. Simon Augustinus Zegarts. S. Th. D. in Acad. Paduensi promotus. et Mathematicus eximius.
D. Chrystophorus Zoniewski, in Acad. Crac. Phiae Baccalaur. Vitam B. Stanislai Casimiritani scripsit, et typis imprimi fecit. It. Regulam S. Augustini, cum expositione Petri Clavetae Can. Reg.
D. Jacobus Fulgentius Hassius. A patribus Soc. Jesu dimissus, Theologus
D. Marcellinus Casimirus Ktobuczynski. per multos annos Cursum Philosophicum, Fribus in Conventu Crac. legit.
D. Gregorius Valerianus Krupnicki. In Academia Vilnensi PP. Societatis Jesu, philosophiae Doctorali laurea ornatus.
D. Ludouicus Simon Fascissewski. S. Th. laurea Doctoratus Romae donatus. postea Concionator ordinarius per annos 9. In Eccla SS. Corporis Christi.
D. Martinus Ziemlewic, vir egregius et doctus. per annos octo Cursum Philosophicum fratribus in Conventu Cracou. legit, et disputationes publicas tam domi, quam inter alios religiosos, absolvit. necnon Conciones in Variis Ecclesiis Cracovien.
Rndsmus D. Georgius Gedzienski, nobilis ex Russia, professus Domus nrae, cu licentia Superioris sui, Canonicus Leopoliensis et Cancellarius, breui Suffraganeus Leopolien consecratus, et officialis generalis in spiritualibus factus.
Tres simul in Academia Vilnensi, PP. Societatis Jesu, Doctorali Phiae laurea ornati. ibidem in Antecello manentes, et in Academia praefata studentes: D. Joannes Sigismundus Zelazowski. D. Stanislaus Korycki, professus Vilnensis. Et D. Alexander Michael Salinski, nobili genere natus, capitanei Orsanensis in Lituania filius, professus Cracouien. (professus Crac.)
D. Michael Gorczynski, in Italia Romae, apud PP. Societatis Jesu, lauream S. Th. D. obtinuit. postea in Conventu Crac. fratribus Philosophiam legit, et disputationes tam domi, quam extra, apud Religiosos absoluit.
D. Joannes Kątski, primo Cracou. apud PP. Societatis Jesu, Theologiam audiuit. qua absoluta, in Conventu Cracou. fratribus, Cursum Philosophicum legit, et disputationes publicas, Pro Loco datis aliquot, conuocatis Religiosis, et Academiae Saecularibus absoluit.
D. Andreas Prdisz, in Acad. Cracou. Baccal. Phiae, professionem fecit. A.D. 1692.

96.

D. Herculanus Kaczorowski, professus Domus nrae, Cursum philosophicũ in conventu Cracovien fratribus legit, et disputationes publicas, publo datis conclusionibus, in praesentia Religiosorũ, et saecularium absoluit.

D. Michael Mathias Rusiecki, S. Th. D. lauream, publicè in Acad. Cracov. accepit, Anno Dñi. 1689. die 23. Junij. cum antea in Conventu Crac. fratribus philosophiam legisset, et multas disputationes publicas, tam domi, quam apud Religiosos absoluisset. Olomucii studuit, impensis parentũ, ibique lauream Doctoratus phiae adeptus, iam professus religiosus. postea praepositus Vilnensis, et Visitator Conventuũ in Lituania. Insuper coadiutor praepti Crac. | Primò, electus. 1693.

D. Nicolaus Wyżycki, Adolescens, ad latus parentis militiam exercuit, postea religionem nostram ingressus, in Monasterio philosophiae operam dedit. missus à praelato posnaniam, ibi Theologiam audiuit, reversus Cracoviam, missus Romam, ibi S. Th. lauream obtinuit; inde reversus, Regi Poloniae Joanni Tertio adstitit, sine licentia sui superioris Cracovienis, per septem annos. Cui primò praeposituram Mstoviensem Rex contulit: post suffraganeatũ Chelmensem, sed quum Nuntius Apostolicus, pro tunc in Polonia existens, cognouisset illum sine licentia superioris in Aula Regis degere, ne illi suffraganeatus Romae conferatur impediuit. deinde Rex contulit illi Abbatiam Cervenensem, similiter Religiosi illius loci, Romae impedierunt: ille sola administratione, et bonis diuitiis contentus, illam Abbatiam administrauit. Deinde Canonicus Plocensis factus. Insuper munus Maioris secretarij illi Regis beneficio collatũ fuit.

D. Stephanus Giedlinski. S. Th. D. Romae promotus. obiit Leopoli.

Tabula Reliquiarum

Basilicæ ss. Corporis Christi Canonicorum Regul. Lateran.
coordinata Mense Martio Anni 1701.

De Ligno Vitæ Vulgo S. Crucis
De Veste D. Nostri Iesu Christi.
De Digito S. Præcursoris Dni.
Particula de Corpore S. Petri Aplı.
Item S. Pauli Coapli.
Item S. Andreæ Apli.
Item S. Iacobi Apli
Item S. Bartholomæi Apli.
Item Ss. Innocentium.
Item S. Stanislai Epi et Mart.
De Capite S. Laurentij Mart.
De Capite S. Martinij Mart. cum Festo 2plici.
De Capite S. Bonifacij Mart. cum suo authentico.
Particula de Corpore S. Timothæi Epi et Mart. cum Festo 2plici. cum anteprae Lanciij
Item S. Valentini Mart. pariter cum Festo 2plici.
Item S. Clementis Papæ et Mart.
Item S. Venceslai. Mart.
De Costa S. Vincentij Mart. cum suo authentico.
Particula de Corpore S. Anastasij Mart.
Item S. Chrisogoni. Mart.
Item S. Christophori Mart.
Item S. Zephirini Mart.
Item S. Donati Epi et Mart.
Item S. Romani Mart.
Item S. Vitalis Mart.
Item S. Calisti Mart.
Item S. Demetrij Mart.
Item S. Germani Mart.
Item S. Honesti Mart. cum suo authentico.
Item S. Flaviani Mart. cum anteprae Lanciij
Item Sf. Eutichij Mart.
Item Ss. Ioannis et Pauli Martyrum.
Item Ss. Thebæorum Martyrum.
De Digito S.P. Augustini. Epi et Doctoris, Eccles.
Particula de Corpore S. Martini Epi et Confessoris.
Item S. Nicolai Epi et Confessoris.

Item S. Damasi Papæ Confessoris.
Item S. Innocentij Mart.
Item S. Francisci Confessoris.
Item S. Petri de Alab:
Item S. Annæ Matris B.V. Mariæ.
Item S. M. Magdalenæ.
Item S. Marthæ Virginis.
Dens S. Apolloniæ Virg. et Mart. cum Festo 2plici.
De Capite S. Victoriæ Virg. et Mart. cum Festo 2plici.
Particula de Corpore S. Margaritæ Virg. et Mart.
Item S. Dorotheæ Virg. et Mart. cum Festo 2plici.
Item S. Luciæ Virg. et Mart.
Item S. Constantiæ Virg. et Mart.
Item S. Bibianæ Virg. et Mart.
Item S. Vrsulæ Virg. et Mart.
Item S. Anastasiæ Virg. et Mart.
Item S. Euphemiæ Virg. et Mart.
Item S. Demetriæ Virg. et Mart.
Item S. Columbæ Virg. et Mart. cum suo authentico.
Item S. Deodati Mart. cum suo authentico
Item S. Candidæ Mart. cum suo authent. in Conventu S. Christ.
Item S. Iucundæ Mart. cum suo authentico.
Maxilla S. Fortunatæ Mart. cum suo authentico.
Dens S. Helenæ. Matris Constantini Magni.
De Corpore S. Maschlinæ Mart.
Item S. Liberatæ Mart.
Item Ss. Vndecim Millium MM.
Item S. Hedwigis Viduæ
Item S. Pudentianæ Virg.
De Tumba B. Stanislai Casimiritani.
Loculi et Pulueres plurimorum Ss. Martyrum.
De Capite S. Illuminati Mart. cum suo authentico.

100.

Anno Dñi. 1352. Clemens VI. Papa. Jubileum plenæ Remissionis, centesimo quoque anno Institutum, ad Quinquagesimum, magna omnium fideliũ lætitia, atque incomparabili cũ utilitate reduxit, quod vitæ mortalium, communis ferè brevitas, tantæ gratiæ participio plerosque excluderet. Ita Chron. Benedictinorum. Ita Stanislaus Scigielski.

Jubileum abbreviatum.

Anno Dñi. 1604. Post obitum Nicolai Mielecki, Abbatis Tinecensis, Sigismundus Tertius, Rex Poloniæ, intrusit pro Abbate, Stanislaum Sulowski Canonicũ Cracovien. Religiosi, post multa inaniter tentata, postque plures, ad Pontificem, totamque Cardinalium, super negotiis Religiosorum Præpositorum, supplicationes in cassum porrectas, cum frustra leges, iura, privilegiaque compellarentur, per Religiosos Arcis Tinecensis obseratam, sexcenti pedites, bene aperuerunt portam, Sulowiusque, in possessionem Monasterii est introductus. Ita Stanislaus Scygielski in Historia Monasterii Tinecensis, ordinis S. Benedicti professus.

Abbas Tinecen. intrusus primus.

Anno Dñi. 1250. Hugo ex Dominicanorum ordine, ab Innocentio IV. In concilio Lugdunensi, renunciatus Cardinalis, Bibliorum Concordantias, infinitũ penè opus, Herculea planè audacia, primus excogitavit, et quingentorũ fratrum ope adiutus perfecit, incredibili rei literariæ proventu. Ita Bzovius hoc anno, ut sup.

Concordantiæ Bibliorum quando.

Anno Dñi. 1250. Honorius III. Papa, permotus authoritate S. Dominici, Magistrum sacri palatii, in Romana Curia instituit.

Magister S. Palatii.

Anno Dñi. 1222. Zakon Humiliatorum pod Regułą S. Benedykta powstał, z Italiey okazyey. Henryk Piąty Cesarz, ciężką woynę na Mediolon podniosł, y zrownawszy miasto zacne z ziemią, Senatory, y przednieyszy lud, do Niemiec niemiłosiernie zagnał, około roku Pań. 1196. Wygnancy oni, biało się poubierawszy, Zbawiciela Cesarza prosili, przyklękaiąc, aby się im dopuścił wrocić do oyczyzny, co gdy uprosili, nakoniec, znacznieysi ludzie, dziękuiąc P. Bogu, z wielkiego nabożenstwa, w tym że ubiorze, poślubili się P. Bogu w Mediolanie, w żadne rzeczy nie wdaiąc się więcey około Rzeczypospolitey, ani w swe prywaty, Reguły tylo pilnuiąc, a żywność wyrabiaiąc, świętey śmierci doczekali. To ich zgromadzenie, pod imieniem Humiliatorum, Innocenty Trzeci Papież potwierdził. Trwał kilkaset lat Zakon, osobliwy niegdy. Lecz za Papieża Piusa piątego zgładzony, y zniesiony iest wszystek: dlatego iż na Kardynała Arcybiskupa Mediolanskiego S. Boromeusza, niektorzy z tego Zakonu oycowie, zmowili się, aby zabili, że ich reformował. Dlatego z grzechu potępieni są, y Zakon ich zgaszony władzą Apostolską. Roku 1570. Miał ten Zakon probostw, dziewięćdziesiąt cztery: Intrata dorocżna była, trzydzieści tysięcy czerwonych złotych. Z ich że dochodow, żywić ie Biskupom, y trzymać w zakonney karności, nakazawszy. Co ich śmierci, na co innego, obrocił Papież intratę. Takim przykładem zaniedbanie zakonne karzą, aby inni ostrożni, y pilni byli, powołania, ktore Bogu poślubili. Ita Trithemius, in sua Chronica S. Benedicti.

Ordo Humiliatorum, extinctus.



VRBIS CRACOVIENSIS DESCRIPTIO. ET RES GESTAE IN EA.

Ex Joanne Herbuto, Regni Poloniae Senatore, et Historico, depromptae.



ANNO DOMINI. 550.

Origo Poloniae. *Lechus princeps. I.*

De initio rerum polonicarum, exploratum habemus nihil. Vapouius tamen certum tempus edidit, quo Polonis Lechus praefuit, scilicet hoc superius notato, cuius posteritatem regnasse in polonia narrat annos 150. usque ad annum a christo nato 700. Hic princeps condidit primam Ciuitatem in polonia gnesnam. Reditus tunc, et agros peculiares, nullos habebat princeps: sed ei cuncti seminabant, et metebant, deque omnium rerum prouentu, ac fructibus ipsi vectigal pendebant.

Nummos, et Literas ignorant.

Circa haec tempora, Nummus incognitus erat apud polonos: sed quo indigebant, permutatione rerum comparabant sibi. Gnesna Ciuitas condita. Electio principis libera. Tum in principio polonicas res gestas non scripsisse, eo quod nullam notitiam literarum habuerunt; gens enim inter bellorum enutrita strepitus, otium non habuit ad intendendum studiis, uel quod principes, non multo ante quaesitarum facultatum, ab usque hostium incursibus arcendis solliciti; nihil pensi ducerent, doctos viros ad erudiendum accersendos. stemma Regium Aquila alba ab ipso Lecho principe. ob aquilas nidificantes Gnesnae.

palatini 12.

Quum autem stirps Lechi defecisset, ab vnius imperio, ad paucorum dominatu traducta fuit Respublica polona. Nam duodecem palatini, diuisa in totidem regiones polonia, in principes eliguntur, quo quisque suae regioni praeesset.

ANNO DOMINI. 700.

II. Cracus princeps, Cracouiam fundauit.

Quamdiu horum palatinorum durauerit Imperium, nihil exploratum est. pertaesi tamen malorum poloni, quae sub duodecem palatinorum imperio ipsis incubuerant, ad vnius principatum respexere. palatinis igitur ab imperio amotis, post longam in Conuentu Gnesnensi consultationem, vna omnium sententia ad Cracum principatus defertur; quod factum esse Anno Dñi 700 Vapouius vult. Hic princeps electus, condidit Cracouiam, sedem Regni, eamque de nomine suo appellauit, eique Arcem in colle Vauello superaedificauit, quam et Regni caput, Gnesna relicta, fecit. post mortem, in monte Lasotino dicto, e conspectu Cracouiae, quemadmodum ipse mandauerat, sepultus est. Extat in hanc usque diem hic tumulus Rekawka dictus, haud procul a delubro, quod D. Benedicti nomine vocatur.

Vanda princeps.

Post hunc Venda Virgo, Craci principis filia principatum gessit, quae plurimis victimis diis patriis mactatis, ipsa ad extremum solenni ritu se dououet, ac de ponte Cracouiensi in profluentem Vistulam sese proijcit. Inuentum postea ipsius cadauer, quod proceres sepelierunt, vno ab vrbe milliario, aggesto ibidem ut patri tumulo, indeque subiacens pagus, Mogila, hoc est tumuli nomen, adhuc retinet.

Lechus princeps III.

Post hanc Virginem principatum adeptus est Lechus primus filius Craci iunior, qui occulte fratrem maiorem natu interemit, principatumque scelerate appetitum suscepit: uerum patefacto hoc scelere, principatu deiectus, et in exilium actus est.

palatini 12 iterum. *przemislaus I. princeps.*

Post hunc, quum nemo Regiae stirpis superesset, commutata est rursus Reip. forma, a duodecemque iterum palatinis polonia cuncta administrata, donec rursus ad vnum delatus est principatus, ex mirabili quodam stratagemate, przemislaum nomine in bello. principatus autem ipsius in Annum 750 incidisse fertur. Quamdiu uero regnauerit, vbi;

et qua morte absumptus sit, non constat: liberos quidem post se nullos reliquisse fertur.

Draco sub monte Vavello.

Sub id tempus, Draco, sub monte Vavello, in cavernis habitabat, multaqz damna in pecoribus et hominibus inferebat, quem quidam Sutor, vitulum sulphure refertum, ad devorandū proiciens occidit; dum enim draco in visceribus venenū extinguere vult, hausta aqua ex Vistula, medius crepuit.

ANNO DOMINI 750.

Premislus II. princeps, Cursu ad metam obtinuit principatum.

Defuncto Premislo principe, exoritur noua de principatu contentio, cumqz nullo appareret ambigendi finis, placuit rem fortunae committere. Quomodo ad metam, ad prandicum ambem erectam, currebant; et quomodo Cursor Lescio secundus dictus obtinuerit principatum, vide Historias Polonorum. Qui quàm diu, quibusue rerum successibus regnauerit, et quomodo vita defunctus sit, itidem, atqz alia illius temporis, incertum est.

ANNO DOMINI. 805.

Lesco Tertius princeps Poloniae.

Lescone secundo, è rebus humanis sublato; successit patri, Lescus Tertius dictus, in principatu bello paceqz clarus. Hic ex legitima vxore, filiū Popelum suscepit, eundemqz in spem principatus liberaliter educauit, et successorem sibi viuens designauit. in principatu ita se gessit, bello paceqz, ut patrem non adaequare modò, sed superare etiam videretur.

ANNO DOMINI. 815.

Popelus primus princeps Poloniae.

Post defunctum patrem, Popelus principatum obtinuit, ignauus atqz timidus, Regiam, atqz domicilium suum, Cracouiā Gnesnam primùm retulit, indeqz non multò post Crusuiciam. Iuuenili adhuc aetate, quùm aliquot annis regnasset, in morbum incidit, ac paulò post obiit.

ANNO DOMINI. 820.

Popelus II. princeps Poloniae. dictus Chostek.

Peracto solemni ritu Popeli funere, filius eius, eiusdem nominis, etiam tum impuber, principatui inauguratur. Cum pubertatem attigit, vxorem duxit, et suasu ipsius, patruos veneno sustulit, et ex cadaueribus ipsorum (Deo sic puniente) nati mures, ipsum principem, et vxorem, et liberos deuorauerunt, in arce Crusuicensi.

ANNO DOMINI. 842.

Piastus oppidanus Crusuicensis, princeps Poloniae.

Extincto Popelo, conuenit magna procerum multitudo Crusuiciam, ad creandum nouum principem: et cū toties ob discordiam infecto negotio disceditur, tandē Crusuiciae oppidanum, Piastum nomine, elegerunt mirabiliter, propter hospitalitatis studium, de quo latiùs Historiae. Hic optimus fuit princeps, cuius posteritas per multa saecula, usqz ad Casimirum Secundum, qui Magni cognomen adeptus est propagata fuit. Hic Crusuicia Gnesnam domicilium suum transtulit; postea cum per multos annos sapienter clementerqz regnasset, senex admodum, annum agens Centesimum et vicesimum mortuus est.

ANNO DOMINI. 895.

Zemouitus princeps Poloniae. Primus.

Successit Piasto filius Zemouitus, vir impiger, et ad rem militarem factus, mul

his rebus feliciter actis, Gnesnæ moritur. Regnauit annis 32.

ANNO DOMINI. 904.

Proceres filium Zemouiti Lescum Quartum, in Principatu surrogant, adolescentulum, qui quum adoleuisset, quietis potius et otii, quam bellicæ gloriæ fuit amator, contentus eo, quem à patre per manus acceperat principatu, tandem vita defunctus est. regnauit annis 20. — Lescus IV. Princeps Poloniæ.

ANNO DOMINI. 921.

Successit Lesco patri Zemomyslus, probus et ipse, et quietis amans; ex sterili vxore, natus est illi filius Cæcus. septimo verò anno, quo prima Coma pueris gentili ritu attonderi, et nomen imponi solebat, in conspectu procerum, qui ad hanc celebritatem frequentes adfuere, puer absque ulla medicorum, aut cuiuspiam omninò ope, subito lucem aspexit. Interrogati hac de re Arioli; responderunt: Poloniam, eius principatu illustratum iri. Zemomislus postea, Gnesnæ moritur, et sepultus. Vltimus idolatra. — Zemomislus I. Princeps Poloniæ.

ANNO DOMINI. 965.

Miecislaus quondam Cæcus natus (ut dictum) suscepto post mortem patris principatu, barbarico more, septem Vxores duxit, verùm postea, quum de Religionis Christianæ Veritate audisset, eas dimisit, Dambroucamque Christianam, Boleslai primi Bohemorum ducis, filiam Virginem, nouo matrimonio sibi iunxit. Quæ posteaquam splendido Comitatu Gnesnam adducta est, Miecislaus princeps Baptismo ritu Christianorum (ut Conuenerat) initiatur. Quo baptismo suscepto, religionē Christianam ampliare cœpit. Nam hic Archiepiscopatum Cracouiensem fundauit, et decimas omnis generis frugum, de suis, iuxta ac nobilitatis, plebisque agris, edicto perpetuo adscripsit. — Miecislaus I. primus Christianus princeps Poloniæ. Archiepiscopus Cracouiensis.

Sub hoc principe, his rebus perficiendis, primus Legatus Ægidius, Cardinalis, Episcopus Tusculanus, Joannis XIII. Pontificis Maximi, Cracouiam missus, qui primus Archiepiscopos, et Episcopos, Italici, ac quosdam Gallici, Germanici generis fecit, quum nostri rudes adhuc essent, et Nouitii. Cracouien. Ecclæ Italū procerū Archiepiscopū præfecit. — Legatus primus.

Idem princeps primam Ecclesiam, in Arce Cracouiensi ædificauit sub titulo S. Venceslai noui Martyris. Cæterum quo augustiorem principatum posteris suis relinqueret, hortante senatu, mittit ad Benedictum Papam eius nominis septimum, ut Regium diadema sibi mitteret, Regemque polonorum, se et posteros suos eē iuberet. Verū ea res, propter certas, et iustas causas in aliud tempus dilata fuit. — Prima Ecclā in Arce Cracou. S. Venceslai. Regiū diadema exposcit, sed non assequitur.

Hoc principe, mos inoleuit apud Polonos, ut homines Equestris ordinis, in templo, dum Sacerdos ad altare pronunciat Euangelium, gladium medio tenus stringerent, quasi profitentes, mortem sibi prius oppetendam, quàm a suscepto semel Euangelio, et religionis professione, discedendum: Choro autem respondente, Laus tibi Christe; rursus recondereut. Hic regnauit annis 25. — Ceremonia tempore missæ.

ANNO DÑI. 999.

Post mortem Miecislai, suscepit paternum principatum Boleslaus, cognomine Chobri. Hic àb Imperatore Ottone Regium honorem, atque dignitatem obtinuit, primusque Rex Poloniæ Vocatus. Hoc Rege S. Adalbertus Pragensis Episcopus, sanctimonia vitæ pietatisque studio clarus, in Poloniam, postea Cracouiam venit, Vbi à primoribus, et cætera multitudine, honorificè exceptus, in eo loco, Vbi nunc extat Eccla S. — Boleslaus Chobri primus Rex Poloniæ.

S. Adalbertus Cracoviam venit.

Adalberti, Cracoviæ, in medio Civitatis, conciones habere, et Polonos in fide catholica instruere consueverat; postea Archiepiscopus Gnesnensis factus. Quomodo postea à Prussis occisus, Corpus eius redemptum, et Tremesnam, atque Gnesnam deductu, latius Historiæ. Hic Rex Boleslaus cum viginti annis imperasset, Posnaniæ occubuit, et ibidem sepultus. Eiusque morte, Universa Polonia, optimè de se merito Rege orbata, annum totum in luctu ita fuit, ut neque convivia ulla celebrarentur, neque choreæ usquam agerentur, neque cultioribus vestibus, quisquam nobilium virorum, aut fœminarum sese vestiret. Hic Rex Ecclam S. Michaelis in Arce Crac. condidit. Capitaneatus ab illo institutus.

Toto anno lugetur.

Ecclam S. Michaelis in Arce Crac. ædificavit, Rex.

ANNO DOMINI. 1025.

Miecislaus II. filius Boleslai, Rex.

Miecislaus filius Boleslai, triginta quinque annos natus, destinatum iam prius regnum iniuit. Homo tardus, et hebes, levitate iuvenili, et iuvenum, atque uxoris consilia plerumque sectatus, quibus rebus factum est, ut suis, atque externis, hostibus pariter, atque sociis, esset contemptui. Insuper amentia correptus, moritur haud multo post, ex morbo illo, Anno Christi. 1034. et Posnaniæ sepelitur. Hoc tempore, tremor terræ in Polonia accidit. Annis 10 regnavit.

Terræ motus.

ANNO DNI. 1035.

Casimirus I. Rex Poloniæ. Monachus.

Casimirus unicus Miecislai filius, minorennis relictus, quum ob ætatem, dignitatem regiam, et Reip. curam sustinere non posset: dilata Coronatione Casimiri, Rixæ matri regia potestas datur, quâ hæc abusa, frementibus contra eam Polonis, clam regno profugit, cum Casimiro filio: Casimirus artium studiosus, posteaque Monachus S. Benedicti in Monasterio Cluniacensi factus, et professus, et diaconus ordinatus. Polonia domesticis malis pressa, comitiis Gnesnæ habitis, revocandum quærebat. Quare Poloni orbati Rege, miserunt Legatos ad summum Pontificem Benedictum, ut Casimirum Miecislai Regis filium, Monachum factum, professum, et Diaconum, professione, et sacramenti Religione soluat, et ad Regnum maiorum suorum remittat, ac etiam uxorem ducat, quod importunis precibus impetrant. Quare Casimirus post Interregnum, septimo reducitur Anno. Et sic primus Regum sciuit legere. Pro hoc autem Polonis, quo beneficium Sedis Apostolicæ agnoscant, iniunctum: primum ut de singulis capitibus, exceptis nobilibus, et qui sacris addicti sunt, quotannis obulus unus, in lucernam perpetuò in æde D. Petri Romæ arsuram, pendatur: qui etiam nunc Sancti Petri nummus dicitur. Deinde præscriptum est, ut omnes Poloni, rotunda in morem monachorum tonsura capillorum utantur, nec ultra auriculas more barbarico, quisquam omnino Comam promittat. Tunc festis solemnibus dum Sacra peraguntur, ut singuli equites, fasciam lineam candidam, in modum stolæ, qua in Sacris utuntur sacerdotes, atque Diaconi, è collo suspensam ferant.

Sub Regno Polonorum scivit legere et scribere —

Modus Polonis incedendi.

Nummus S. Petri quid.

Tinecense Monasterium.

Hic Casimirus Rex, ex Cluniacensi Monasterio, accersitis duodecem Monachis, Tineciam Arcem, uno à Cracovia milliario supra Vistulam, cum Centum villis attribuit. Tandem cum decimum Octavum regnasset annum, incidit in gravem morbum, quo mensem unum afflictus, sacramentis ritè procuratis, quarto Calend. Decembris, extremum vitæ clausit diem, anno post Christum natum 1058. Mortem prius eius Cometes portenderat.

ANNO DOMINI. 1058.

Conuentu apud Gnesnam facto, summa omnium voluntate, ad Boleslaum Casimi
vi filium, natu maximum, (Audacem postea dictum) solemni Ceremonia, Regnum, et diade
ma defertur. Qui cum tempore, Victoriis, et rebus secundis insolescens, in foedissimam li
bidinem, auaritiam, et crudelitatem effusus esset, quum a S. Stanislao Episcopo Cracouien
admoneretur, piissimum Sacerdotem occidit. Hic Rex, post tam nefandu patratu scelus,
inuisus regnans, in Vngariam profugit, quem quidam seipsu occidisse, quidam poenitentia
egisse scribunt. post mortem et martyriu S. Stanislai, per annos quatuor, Polonia tota,
interdicto percussa delituit, et Regiu diadema amisit. Hic Rex construxit, et dotauit
viuens, Mogilnense monasterium, in eoq Monachos Cistercien collocauit.

Boleslaus Audax Rex Poloniae. I.

occidit S. Stanislaum.

Interdictum.

Mogilnense Monasterium.

ANNO DOMINI. 1083.

Rege Boleslao exacto, ad Vladislaum Boleslai fratrem, (quem Hermanum etiam
vocarunt) Regnum defrunt. Hic iam Regis appellationem respuit, et Princeps appe
llari voluit. Inito autem principatu, ad Pontificem Maximum, de tollendo interdicto,
cui Polonia ob necem S. Stanislai obnoxia erat, oratorem misit Lampertum Canoni
cum Cracouiensem, quem Pontifex Diuo Stanislao successorem dedit, et sublato inter
dicto Episcopum remisit. Sub hoc Lamberto Episcopo Cracou. transfertur Archiepiscopatus
Cracouiensis Gnesnam. Anno vero salutis humanae. 1089. Lambertus Episcopus Cracou.
S. Stanislai Corpus, ex Rupella Casimiriensi in Arcem Cracouiensem transtulit.
Sub id tempus, Ecclesia S. Aegidij aedificata est, ante portam Castrensem Cracouiae,
ex ista occasione. Vladislaus primus, de quo sup. Princeps Poloniae, duxit in matri
moniu Judittam, Vratislai Bohemorum principis filiam, quae quum aliquot annos
sterilis fuisset, et assiduis precibus, et ieiuniis et eleemosynis in egenos liberaliter
erogandis, de prole Deum assidue fatigaret, a Lamperto Episcopo Cracouiensi admonita,
ut oratores in Narbonensem prouinciam, ad Monasterium D. Ægidii, ubi Corpus eius
conditum erat, cum amplissimis, et templo, et monachis muneribus mitteret. Quod cu consilio
Juditha acquiescit; proficiscuntur oratores, ad locu designatu venientes, exponunt quid
postulent. Indicitur Monachis triduum ieiunium, oratur Deus, ut intuitu grati ser
ui sui Ægidii, masculam prolem, piis principibus concedat. Triduo itaq illo re
uelatur per visum, cuidam seni, et pio monacho, quod tanto studio petitum esset.
Dimissis autem et reuersis oratoribus, natus est tandem ex Juditha Boleslaus di
uinitus (quemadmodum creditum est) in gratiam S. Abbatis Ægidii datus, quae
ob memoriam et gratitudinem tanti beneficij, Ecclesiam hanc aedificauit.
Hic Rex Anno 1102 cum viginti annos regnasset, obiit pridie Nonas Julii, in Basilica
Plocensi sepultus.

Vladislaus I. princeps Poloniae.

Archiepiscopatus Crac. transfertur Gnesnam.

Translatio S. Stanislai.

Ecclesia S. Ægidii.

ANNO DNI. 1102.

Persolutis Vladislao principi iustis, Boleslaus Criuoustus principatum obtinuit,
post aliquot Victorias ex hostibus reportatas, Scarbimirum, palatinu Cracouiensem
capit, in carcerem coniecit, et excaecauit, senatu mouit, et abdicare se vtroq magi
stratu coegit: propter ea, quod is elatus rebus secundis, et bellis aliquot suo ductu
prospere gestis, omnia sibi arrogaret: Regem gratia populari fretus contemneret,
conuitiis, ac maledictis incesseret; et iam in apertam rebellionem erupturus esse

Boleslaus I. Criuoustus princeps Poloniae.

Palatinus Cracouien incarceratus, et depositus.

Videretur. Atq ex eo tempore deinceps Castellano Cracouiensi, qui longè inferior fuerat, prior in Senatu locus datus est.

Palatinus Cracouien. ob ignominiã se suspendit.

Idem Rex, alteri Palatino Cracouiensi, fugæ ex bello principi, ex cuius timore et fuga, magna pars exercitus polonici in similem fugam coniecta est. Rex reuersus in poloniam, Palatino fugæ principi, leporis pellem, colum, et fusum, dono misit, (meticulositatem eius notans) quæ ignominia ille ad voluntariũ suspendium adactus est.

Aquarũ inundatio.

Anno salutis humanæ 1118. Imbres anni huius perpetui, et ingens aquarum vis, ac inundatio, quæ nec seri agros, nec meti passa est. neq id in polonia modo, quæ in vicinis quoq regionibq. præcesserat autem eos imbres, tale prodigium, quod cælum totas tres horas, post occasum solis, ardere visum est.

Basilica Crac. ampliata et Canonici aucti.

Circa hæc tempora, Boleslaus princeps, Basilicam Cracouiensem in Arce, humilem, et neglectam, in augustiorem formam redegit, excitatis altiùs muris, ac duabus turribus, ad latera adiunctis. supellectilem auream, ac argenteam, maiorem in modum auxit. Quin et collegiũ sacerdotum seu Canonicorum eius Basilicæ, viginti ad veterem numerum adiectis, ampliauit, eisq certos pagos ipse; Radostq uerò Episcopus decimas attribuit. permisit autem pius princeps Episcopo, ius omne conferendi ea sacerdotia ipsius arbitratu.

Cracouia Conflagrata.

Anno uerò Dñi. 1124. Cracouia Conflagrata. tota.

Eccles. S. Benedicti. S. Joannis Euangelistæ ecc. S. Andreæ. S. Martini. Crac. exstructæ.

Sub id tempus. petrus Danus, ex Dania oriundus, clara et illustri apud Danus ortus familia, in poloniam veniens, et Comes Seuirnensis factus, postea vocatur petrus Dunin, fertur templa 77 in polonia exstruxisse, uariis in locis; ex quibq Cracouiæ hæc extant, S. Laurentii Casimiriæ. S. Saluatoris in Zwierzyniec. S. Benedicti post Casimiriam, S. Laurentii ... S. Joannis Euangelistæ Cracouiæ. S. Andreæ. S. Martini, in platea Castrensi.

Tandem Boleslaus Criuoustus, post 50. victorias ex hostibq reportatas, sacris Christi mysteriis ritè procuratus, vita excessit. Anno Christi 1139. funusq Ploscum solemni pompa elatum, et iuxta patrem fuit conditum. Cæterum, os ei carbunculus morbus, ab ineunte ætate distorserat, atq inde Criuoustus cognomentum habuit.

ANNO DOMINI. 1140.

Vladislaus II. princeps poloniæ.

Mortuo Boleslao Criuousto, Vladislao filio eius natu maximo, principatus, et summa belli, pacisq autoritas confertur. Quo adempto, suasu vxoris suæ, contra voluntatem ultimam patris, fratribus suis assignata dominia denegare cæpit, et tributa fratribq dare imperauit, et ditiones illorũ inuadebat, neglecta procerum, et Archiepiscopi admonitione, et anathemate, quare a fratribus vincitur bello. Cæterum fratres, post victoriam ex illo reportatam, non contenti eò, quod recuperassent sua, exterminare eum, etiam vicissim propriis ditionibus, et principatu eycere cupiunt, itaq cum validiore quam fuerat initio exercitu Cracouiam contendunt. Quod cum Vladislao nunciatum esset, diffisus munitioni arcis, suorumq studiis, relicta Cracouiæ vxore, cum tribus filiis, per silesiam in germaniam profugit. Et sic qui aliena iniustè concupiuerat, sua iustè amisit. Cracouienses autem Ciues, cognita principis longiore fuga, portas quas clauserant, consensu totius poloniæ aperuêre. Regnauit autem Vladislaus annis sex, et medio.

Victus à fratribus, fugit ex polonia.

ANNO DOMINI. 1147.

Exacto cum uxore et liberis Vladislao principe, ad Boleslaum Crispum, qui Vladislao natu proximus erat, principatus, et summa rerum defertur, et quæcunque in ditione Vladislai erant.

Boleslaus Crispus princeps Poloniæ. II

Anno Dni. 1162. Iaxa nobilis, ac locuples eques polonus, de familia Gripsium, condidit dotavitque Monasterium, virginibus professionis præmonstratensis, in suburbio Cracoviensi, quod Zuerinecium dicitur, et Ecclam ædificavit. Idem erexit Cœnobium Miechoviense.

Monasterium in Zwierzyniec

Ante obitum Boleslai Crispi, Gedeon Epus gente Gripsius, Kelce oppidum, in abditis sylvis condidit: in eoque templum secto lapide exædificavit. et collegium Sacerdotum primariorum, quos prælatos et Canonicos vocant, iuxta ac Vicariorum, ibi constituit, quum eis pagos, ac decimas attribuisset.

Eccla Kielcensis.

Post aliquot deinde annos moritur Boleslaus, et Cracoviæ sepelitur. Anno Christi 1173. quum principatu Poloniæ annos 27 tenuisset.

ANNO DOMINI. 1173.

Boleslao Crispo, Miecislaus Senex sufficitur. Verum is qui puer ob gravitatem morum et prudentiam Senis cognomen adeptus erat, suscepto principatu, provecta iam ætate spes hominum fefellit. nam malo consultore usus iniustè dominatur, propterea quod a Gedeone Episcopo correptus, et apertè et tacitè, dum nihil de sua iniquitate remittit, à proceribus principatu deiicitur. Anno post Chrum natum 1177. cum regnasset annis quatuor.

Miecislaus III. dictus Senex. princeps Poloniæ

ANNO DOMINI 1177.

Amoto Miecislao, electus est in principem, Casimirus I. dictus Iustus: venientique Cracoviam, magna cum lætitia et gratulatione obviam prodiit ingens omnis generis multitudo, Liberatorem et servatorem eum salutans.

Casimirus I. dictus Iustus. princeps Poloniæ.

Anno vero Dni. 1182. Casimirus princeps, inconsulto senatu, violata cum Ungaris pace et amicitia, bellum gessit; graviter id ferre cœperunt proceres, quare cum in Russiam profectus esset, celeriter conspirarunt contra eum, et accesserunt ad recipiendum amissum principatum Miecislaum. Miecislao Cracoviam venienti, portas urbis aperuerunt Cives Cracovienses: arcis vero aditu arcetur a Fulcone Episcopo, et Nicolao palatino. At Casimirus certior de his factus, collegit exercitum, ac summa ope adnisus, novam Arcem Cracoviæ à Miecislao ædificatam, principatum per factiones recuperat.

Casimirus reiicitur. Cives Cracoviæ inconstantes.

Anno Dni. 1183. pacatis domi rebus, Casimirus princeps, a Lucio pontifice Maximo, eius nominis Tertio, Reliquias S. Floriani martyris impetravit: easque cum ingenti omnis generis hominum multitudine, et solemni sacerdotum frequentia, ad septimum à Cracovia milliarium, progressus, reverenter excepit: et in suburbano Cracoviæ septemtrionali, quod post in formam oppidi redactum, nunc Clepardia dicitur, extructo magnifico templo, collocavit: idque templum splendida suppellectili dotavit: et collegium Sacerdotum Canonicorum, attributo iis luculento censu in eo instituit. porro diem martyris memoriæ sacrum, totum rei Divinæ, in eiusdem S. Floriani æde impendit, largas in egenos et afflictos effundens eleemosynas. Hoc autem ferè omnibus festis diebus facere consueverat. Vladislaus vero Iagello Rex Poloniæ Ecclesiam Sanc Academiæ Cracoviensi attribuit. Deinde Stephanus Bathoreus Rex Poloniæ præpositura condecoravit.

S. Floriani Martyris Reliquiæ Clepardiæ deponuntur.

Eccla S. Floriani ædificata.

Eccta S. Nicolai.

Idem Rex Casimirus, Ecclesiam S. Nicolai Epi et Confessoris in suburbio Cracouiensi ædificauit, et fundauit, et Monachis S. Benedicti Tinecensibus tradidit. Quæ Ecclesia postea data est Academiæ Cracouiensi, Anno Dñi. 1400.

Mors Casimiri.

Anno Dñi. 1194. Dum Casimirus annũ decimũ septimum regnaret, in Conuiuio, quod proceribus suis instruxerat, hausto mediocri poculo, subitò concidit, et paucis horis animam exhalauit. Quarto uerò post mortem die, in Basilica Cracouiensi, sepultus est.

ANNO DOMINI. 1195.

VI. Lesco Albus princeps Poloniæ.

Funeribus iustis Casimiro peractis, ibidem Cracouiæ, ut frequenter proceres, atqꝫ Equites ad funus Conuenerant, Comitia instituunt, et Lescum Album (à crinibus Albis sic dictum) Casimiri filium natu maiorem, principem renuntiant.

Terræ motus.

Anno Dñi. 1200. Terræ motus in polonia. de q vide in Casimiriæ descript. fol. 5.

Miecislaus iterũ princeps. et tertio.

Sub id tempus, quo Lescus Albus adhuc impubes, cum matre sua Helena regnauit, iterũ Miecislaus armis principatũ appetit, et cũ armis non posset, blandis uerbis à Helena nurus consequitur principatum, sed breui, propter offensos procerum, et Equitum animos, principatu iterum excidit, et Lescus Albus iterum assumitur. Verùm Miecislaus iterum Helenam blandis dolis capit, et fit princeps, quem non diu mors inopinata oppressit.

Vladislaus Lasconogg princeps, tertio.

Tertio assumitur Lesco albus, uerùm illo recusante; assumitur Vladislaus Lasconogus (à gracilitate Crurum sic dictus) Miecislai senis filius. Vladislao Lascongo deinde spreto, assumitur tertiò à polonis Lesco albus. nam Vladislaus, Vir modestus, et quietis amans, cognito consensu conuentus, cessit, et posnaniam se recepit.

Altare SS. Geruasii et protasii in Eccla Cathedr.

Anno Dñi. 1205. Lesco Albus, ob reportatam Victoriam ex Romano Duce Russorum, quoniam dies ille SS. Geruasio et protasio Christi martyribus, dicatus fuit, Aram eorum nomine, in Basilica Cracouiensi dicauit.

Cometes.

Anno autem Dñi. 1211. Cometes, decem et octo diebus, Mensis Mai, coma in orientem Conuersa apparuit, futurorum malorum, quæ statim Sarmatiam Vtramqꝫ afflixit prodigium.

Episc. Cracou. fit Monachus.

Anno Domini. 1218. Vincentius Kadlubkus, Cracouien. Episcopus, Vltro Episcopatu se abdicauit, et in Andreouiensi Monasterio Cistercensiũ, reliquos Vitæ annos religiosè exegit. Successit illi Iuo.

PP. prædicatores Cracouiã introducti. Eccta B.V.M. in Circulo Crac.

Anno Domini. 1221. Iuo Episcopus Cracouien, nouum ordinem FF. prædicatorũ, à S. Dominico institutum, Româ secum Cracouiam reduxit, et huic nouæ sodalitati, primariũ in Vrbe parochiale templum, (quod SS. Trinitatis nomine appellatur) attribuit; parochum uerò inde, ad templum Virgini Matri Dei Mariæ dicatũ, ob idqꝫ tunc à se extructũ, in Circulo Cracouiensi, transtulit.

Eccta S. Barbaræ.

Sub id tempus, quando Ecclesia B.M.V. in Circulo Cracouien ædificabatur, ædificata est Eccta S. Barbaræ, quæ postea patribus Societatis Iesu, a Stephano Batoreo, Rege poloniæ, Anno Dñi 1576, collata.

Eccta Oium SS.

Ecclesia Omnium SS. in platea Castrensi, antiquitus lignea ædificata, et ad Ecclesiam SS. Trinitatis tunc parochialem, pertinebat. Quam postea Iacobus Bobola, equestris ordinis, muro de lapide cocto, ædificauit.

Eccta S. Sebastiani.

Ecclesia uerò S. Sebastiani Mart, ædificata est lignea, à Consulibꝫ Crac., in colle eminenti supra aquas, de quo loco argilla, ad coquendos lateres, pro Eccta B.V.M. in Circulo Crac. fodiebatur. Ad Sanc

Ecclam, extat Xenodochium, pro pauperibus, et peste infectis, cuius sunt provisores Consules Cracou. habet et praepositum. Ad hanc Ecclesiam fiunt processiones, ab omnibus Ecclesiis, in festo S. Sebastiani, et supplicationes contra pestem.

Proximo in loco, est Ecclesia, quasi capella, aedificata in suburbio Cracou. S. Gertrudis Virginis, in Vallo Civitatis, eundo à porta Castrensi, primò lignea, deinde ex latere cocto, cũ caemeterio, ad sepelienda corpora capite plexorum, decreto Judiciis condemnatorum. — Ecclesia S. Gertrudis Virginis.

Circa haec tempora, Iuo Episcopus Cracouien, Xenodochium, siue (ut Vulgo Hospitale Vocant) egenis, et morbo debilitatis, et Senio, Cracouiae exstruxit, illudq templo spiritus S. à se erecto adiecit. Ad hanc Ecclesiam introducti sunt Religiosi de saxia dicti, ab Episcopo Cracouien: Ioanne Prandota. Anno Dñi. 1244. — Eccla S. spiritus. Et ordo Religiosorũ de saxia.

Sub id temporis. Henricus Archiepiscopus Gnesnensis, perpetuae Legationis munus obtinuit. — Legatus natus. quando.

Anno Domini. 1219. Densi, atq continentes, per totam aestatem imbres, ingenti aquarum inundatione, vehementer poloniam afflixere, segetes hybernas vastauere, vernam sementem fieri passi non sunt. Consecuta est mox hyems acris, et aspera, inde fames, et pestis, postea totũ triennium saeuiente, maximam vim iumentorum atq hominũ absumpsere. In his autem tantis malis, Iuonis Episcopi Cracouien beneficentia, egentibus passim exposita, permultis saluti fuit. — Inundatio aquarũ. fames, et pestis.

Sub id tempus, Lesco Albus princeps poloniae, ex consilio Conradi Ducis Mazouiae, Ordinẽ Teutonicũ, hoc est Cruciferos milites, in polonia fundauit, deditq illis terram Helmensem inter Vistulam et Drevecam fluuios. Quomodo postea bella gesserint cũ polonis, ingrati hoĩes, de hoc latẽ Historici. A gregorio IX pontifice approbati sub titulo S. Mariae professi. — Ordo Teutonicus in polonia.

Circa haec tempora, sacerdotes, contrahebant matrimonia, et celebrabant publicè nuptias. de q vide in descriptione Casimiriae sup. fol. 7. et 18. — Spirituales contrahebant matrimonia, et nuptias celebrabãt.

Notant Historici, ad haec usq tempora, dignitatem Episcopatus Cracouien, à principibus vel Regibus poloniae conferri solitam. Vladislaus Lasconogus, Ius eligendi Episcopum ex Canonicis Cracouien Capitulo concessit, et primus Vincentius hadtubcus de Domo Rosarũ, à capitulo Cracouiensi electus. A. Dñi. 1208. — Ius eligendi Episcopũ Cracouien.

Anno Domini. 1227. Suentopelcus pomeranorũ praefectus, dum nomen Ducis pomeraniae, a Lescone Albo non impetrat, tempore Comitiorum in Maiori polonia, prope Znenam, quae Villa est Gnesnensis Monasterii, dum Lescus ad balneũ se confert, Suentopelcus cũ expedita suorũ manu accurrit. Lescus de aduentu hostili certior factus, exilit, et equũ nactus, cũ paucis fugere capit, Suentopelcus fugientẽ, atq pugnantem occidit. Corpus Cracouiam elatum, in Basilica Magna omniũ comploratione sepultum est. — Lesco Albus princeps occiditur.

ANNO DOMINI. 1230.

Boleslaus V. pudicus, Lesci Albi filius, post patris mortem, à Conrado suo patruo, Duce Mazouiae, principatum ambiente, cum Matre sua adhuc adolescentulus, in Monasterium Secoclouiense detrusus. Verùm ille ad Henricũ Barbatum, Maritum S. Hedwigis, Ducem Vratislauiensem confugit, eiusq opera, ad principatum reducitur. Qui magno omnium ordinũ consensu, atq alacritate, susceptus est. Ideoq Vocatus pudicus, quia cũ Vxore sua Kunegunda, in perpetua Virginitate Vixit. — Boleslaus V. pudicus. princeps poloniae.

Anno Domini. 1240 Boleslaus princeps, Matris precibus adductus, Cænobiũ Fratribus D. Francisci, praga accitis, Cracouiae condidit, et Ecclesiam aedificauit. — Eccla S. Francisci et Monasterium.

Idem princeps, Ecclesiam S. Marci Euangelistae, Cracouiae aedificauit, ad quam Fratres BB. Martyrũ de poenitentia, praga accersitos, introduxit. — Eccla S. Marci, cũ Monasterio.

Regnante hoc principe, Anno Dñi. 1241. Tartari, vastata Russia, Venerunt ad Lublinensem oram, Zauichostum, Sendomiriam, Visliciam, ac tandem Cracouiam, quam cũ Vacuam

defensoribus reperissent, incendunt. Templum tamen D. Andreæ, quod erat extra ciuitatem, (nam tum temporis Vistula fluuius, per hunc locū, vbi nunc est Ecclia S. Michaelis in platea Castrensi fluebat) defensum est. Tunc apud Legniciam, Henricus Dux, filius S. Heduigis occubuit in bello. Sancta verò Heduigis, Monasterij Trebnicensis munitioni diffisa, Crosnam cū grege Monacharum, et Anna nuru Henrici vxore, sub aduentū Barbarorū se receperat. Boleslaus vero pudicus, princeps tunc Poloniæ, cum Grimislaua matre, et Cunegunda vxore, in Vngariā, cum familia, et suppellectili, raptim collectis sarcinis, ad socerū profugit. nunqm ausus tantæ hostium multitudini, sese opponere. Principis exemplo, plurimi ditiores, partim in Vngariam, partim in Germaniam, profugerunt. Iterum anno secundo, Tartari ex Vngaria per Scepusiensem tractum, excursione facta, Cracouiam aduolarunt, direptaqꝫ Vrbe, et maiore quàm prioris clade hominū facta, cum ingenti præda, per Oswiecimense territorium, in Vngariam reuersi.

Tartari Comburunt Cracouiā.

Tartari iterum Cracouiæ.

Anno à Christo nato, 1243. S. Heduigis mortua est, et sepulta Trebniciæ. Cuius corpus, quod Croceum dum vixit (propter rationem Victus duram atqꝫ tenuem, assiduaqꝫ ieiunia, fuerat) post mortem insolito splendore corruscasse fertur, Deo perhibente testimoniū, sanctimoniæ et pietatis eiꝫ.

Obitus S. Heduigis.

Anno Dñi. 1253. S. Stanislaus Episcopus Cracou. et martyr, ab Innocentio IV. summo Pontifice, in numerum sanctorum relatus est. Anno deinde sequenti, Prandota Episcopus Cracouien, sacri corporis eius Reliquias, solemni pompa, de sepulchro leuauit, et hominū venerationi exposuit. Adfuit verò huic celebritati, præter Episcopos, et clerum, Boleslaus, et alios principes, et Equites, tanta multitudo, non modò ex Polonia, sed etiam ex Silesia, Morauia, Bohemia, et Vngaria, vt vrbs non exigua, eam non caperet, sed in campis ea sub dio gregatim diuersari cogeretur.

Canonizatio S. Stanislai.

Anno Dñi. 1257. S. Hyacinthus, Diui Dominici institutum vitæ professus, post exhaustos multos labores, in Polonia, et Russia, pro Religione Christiana, de exilio huiꝫ vitæ, in cælestem domū commigrauit, ad Decimū octauū Calendas Septembris. Cracouiæ sepulchrum eius miraculis clarū.

S. Hyacinthi ob[illegible].

Anno Domini. 1258. Terræ motus vehemens, Poloniam concussit, et animos hominū, propter raritatem rei, non metu tantum, verum etiam religione impleuit.

Terræ motus.

Anno Dñi. 1260. Iterum Tartari, Sendomiria incensa, et tanta clade facta, vt sanguis cæsorum ad Vistulam quoqꝫ deflueret. Quare nulla mora interiecta, versus Cracouiam contendunt, et vrbem defensoribus vacuam, (nam Boleslaus princeps cū vxore in Vngariam profectus erat) incendunt.

Cracouia a Tartaris incensa.

Circa hæc tempora, in Vicinio Poloniæ, infesta regioni fuere, Iazigi gens sic dicta, Conatē Ducem habens, Hi a Boleslao pudico principe, ad internecionem deleti sunt. Reliquiæ verò gentis, fidem Catholicā suscipere coegit, et ab Vrbano IV. summo Pontifice impetrauit illis Episcopum, qui modo Lucensis, siue Luceoriensis dicitur, Cuius etiam nunc est Diœcesis.

Gens Iazigi, quondam; nunc Diœcesis Luceoriensis.

Sub id tempus, noscitur ædificata esse Ecclia Parochialis S. Stephani protomartyris Cracouiæ. Cuiꝫ parochia extenditur ad suburbia, et Villas Cracou. proximas. A quo ædificata sit, nō constat, propter antiquitatem.

Ecclia S. Stephani protomartyris.

Anno Domini. 1264. Post Cometæ apparitionem, pestis acerba in pecora et pecudes, grassata est.

Pestis in pecora.

Eodem Anno. B. Salomea, Halicensis Regina, Boleslai pudici soror, quum post mortem Colomani viri, integra, in Zauichostensi, deinde in Scalensi monasterijs, sanctè pieqꝫ vitam exegisset, natu iam grandior, defuncta est, et funus Cracouiam, ad D. [illegible]

Obitus, B. Salomeæ Virg.

Francisci Aedem illatum. Fertur autem corpus eius, multis diebus post mortem servatum, suavem odorem spirasse, et oleum sudasse, quo inuncti aegroti convaluerunt.
Anno Dñi. 1269. Multa portenta, et prodigia, extiterunt in Polonia. In Cracoviensi regione, quaedam matrona, honesta, Margaretha, Virboslai Comitis Uxor, triginta sex pueros, vivos, uno partu edidit, 20 die Mensis Januarij. Calissij verò, infra oct. Nativitatis Christi, natus est Vitulus cū duobus Caninis capitibus, atq dentibus, et septem pedibus Vitulinis; capitū autem maius quidem in suo loco, minus verò ad caudam situ erat: ab eius cadavere, canes, atq Volucres abhorruere. Proximo deinde anno, scilicet 1273. Duo portenta in Cracoviensi territorio extitisse memorantur: nam puer quispiam dentatus, eodem quo natus est die, distinctè et articulatè locutus est, donec religioni christianā initiatur, denter et sermonis usum amisit. Alius verò semestris, in Urbe Cracoviensi, prolocutus Tartaros adventuros, et Polonorū capita praecisuros praedixit, quod post duodecimū annū evenit. Tunc quoq prodigium, Circa Cracoviam apparuit, et enim nocte media, in qua initium novi anni est, coelū clara, et non iniucunda luce, ad breve tempus resplenduit, principis Boleslai Pudici mortem, quod re postea comprobatum est, portendens.

Prodigia in Polonia.

Anno Dñi. 1279. sub finem eiusdem anni, ad Quartum Idus Decembris, Boleslaus Pudicus mortuus, et Cracoviae, apud D. Francisci, (quod Monasteriū ipse condiderat) sepultus est.

Boleslai Pudicis obitus.

ANNO DOMINI. 1280.

Boleslao Pudico, in principatu Cracoviensi, Lescus Niger, ex fratre ipsius patruele ortus, successit: nec tum sanè quispiam ei adversatus est, bello à Russis ingruente.

Lescus VII. Niger.

Anno Dñi. 1283. Lituani excurrentes in Sendomiriensem tractum, a Lesco nigro adoriuntur; sed primò et ipse princeps, et alios omnes milites, confessione peccata expiare, et sacrosanctam Eucharistiam sumere omnes iubet: et postea Vicit hosten.

Ante bellū, Confessio et communio.

Anno Domini. 1285. Paulus Episcopus Cracoviensis, cum proceribus nonnullis, per factiones, Lescum Nigrum Ducem Poloniae, voluit privare principatu, et Conradum Ducem Mazoviae suscipere. Adveniente cum exercitu Conrado Cracoviam, Cives Cracovienses, videntes, quia Civitas non benè instructa propugnaculis erat, et multitudo distracta, imbecillior futura erat, ad sustinendam Vim adversariorum; urbe commigrant in Arcem, cū uxoribus, liberis, et facultatibus suis. Cognita Cracoviensium Civium Voluntate, proceres, mittunt ad eos, ut coepto desistant, et Conrado sese, et Arcem dedant; sin recusent, minas adijciunt. Respondent legationi procerum: Non licere sibi, fidem, et iusiurandum Lesco semel datum, violare, servent, omnia charissima, et vitam ipsam priùs amittere, quàm fidem frangere devenisse. Hoc responso irritati, et multum frementer, cum Conrado Castra admovent ad Cracoviam, et Urbem vacuam inuenienter incendunt. Tamen Lescus Niger, cum Conrado collatis signis, Conradum Vicit, et profligavit. et Tum Cives Cracovienses nobilitavit.

Fidelitas Civium Cracov. principi suo.

Cracovia incensa.

Cives Cracov. nobilitati.

Anno Dñi. 1289. Lescus Niger, princeps Poloniae, adversis rebus in bello, et singillatim omnibus hominibus afflictus, ex maerore, et angore animi, in morbum incidit: quo sensim tabescens, ultima demùm die mensis Septembris, vitam cū morte commutavit, et in templo SS. Trinitatis, apud Fratres Dominicanos, honorificè sepultus est. cū regnasset annis Decem, Bonus, et modestus princeps, et felix. sine prole decessit.

Lesci nigri obitus.

Anno Domini. 1292. Mors B. Kunegundis, uxoris Boleslai Pudici principis Polo

Obitus B. Cunegundis.

niæ, sanctæ et religiosæ feminæ, quæ in perpetua Virginitate, etiã viuente marito vixit.

Cracouia vastatur. Anno Dñi. 1293. Lituani impetum in Cracouiam fecere, tantamq; hominum prædam abduxere, ut viginti capita singulis cederent. Numerus vero barbarorum exercitus, mille et octingenti, fuisse perscribitur.

Ambitio principatus. Anno Dñi. 1294. post mortem Lesci Nigri, Tres Duces ambiebant principatum poloniæ. Boleslaus Dux plocensis, Cracouiam solemni pompa deductus. Nec multo post, Henricus Dux Vratislauiensis, a Cracouiensibus Ciuibus clam accersitus, cum iusto Fraus Ciuiũ Cracouien. exercitu aduenit, Venienti Ciues portas Vrbis aperuere. Boleslaus vero antea Cracouiæ salutatus, beneuolè recessit. Breui post, Vladislaus Locticus, Dux Sieradiensis, signa contulit cum Henrico, et commisso prælio, multis vtrinq; cadentibus, ad extremum Vladislao cessit Victoria. Cracouiam itaq; Victor ingreditur, apertis portis, omnium Consensu et acclamatione, princeps renunciatus est. Sed hic item non diu possessionem principatus obtinuit. Henricus enim rursus nouum exercitum Cracouiam mittit, qui quum nocte intempesta Cracouiam accessisset, in Vrbem ab iis qui Henrico fauebant recipitur. Clamore igitur sublato a silesiis, tumultuatur tota Ciuitas. Locticus proditionem metuens, ad Fratres Franciscanos se recepit: Vbi vero suos passim per Vicos et plateas cædi, et se quæri didicit, sumpto Monachi habitu, de muro à Franciscanis demissus, euasit.

ANNO DOMINI. 1295.

III. præmislus Rex poloniæ. Intermisso apud polonos, 215 annis Regno, post necem S. stanislai, hoc anno Rex præmislus poloniæ, sine Indulto summi pontificis creatur, et ritu solemni inunctus, diadema Regium, à Jacobo Swinca ArchiEpiscopo gnesnensi accipit. Hic octauo Regni suscepti mense, à Marchionibus Brandeburgensibus, per insidias interfectus est. Corpus porrò eius posnaniam relatum, in Basilica cum maioribus suis conditum est.

ANNO DOMINI. 1296.

Vladislaus I. Locticus Rex poloniæ. Ad nonum calendas Maij, proceres cum nobilitate, de nouo Rege creando frequenter, posnaniam Conuenerunt, Vbi Vladislaus Locticus, inter Duces polonos, potissimum idoneus, ad eam rem Visus est, quare magno consensu, eum Regem creant. Sed postquam dedit se otio, et Voluptatibus, et militum licentiam non cohiberet, negligenterq; posnaniensis Episcopi admonitionem et Interdictum seruaret, Regno exuitur.

ANNO DOMINI. 1300.

Venceslaus Rex Bohemorũ, Rex poloniæ. I. Post abrogatum Regnum Vladislao Loctico, ad Venceslaum Bohemorum Regem delatum. qui accitus splendida legatione, gnesnæ a Jacobo ArchiEpiscopo, de more inunctus, ac Regio diademate cinctus est. Constitutis vero rebus suis in polonia, relictisq; præfectis Bohemis, in Bohemiam redijt, nec post id tempus, poloniam unquam aspexit. nam Anno 1305. Venceslaus morbo correptus, pragæ lenta tabe absumptus est.

ANNO DOMINI. 1305.

Vladislaus Locticus Rex iterum. Post decessum Venceslai Regis, primores cum nobilitate, comitiis Cracouiæ indictis, magno omniũ Consensu, Vladislaum Locticũ, iterum Regem creauerunt.

Anno Domini. 1306. Die 8 Mai. Basilica Cracovien, et Arx tota, quae lignea erat, conflagravit; quae diuturis veteribus muris, in eam, quam nunc obtinet formam, et amplitudinem, post quartumdecimum annum, reaedificata, a Nanclero, Episcopo Cracov. nobili Silesio, gente Oxio, conferente in eam rem pecuniam, non modo collegio, et Episcopo, verum etiam Universo ordine Ecclesiastico in dioecesi Cracovien. ad haec semestribus fructibus omnium Sacerdotum, quaecunque per illud tempus vacare contigit, in eum usum conversis.

Arx et Eccla Cathedr. conflagrata.

Per id ferè tempus, Templariorum ordo potens et ipse locuples, ob nefanda quaedam scelera, et opiniones pravas de Religione, per Universum orbem Christianum, quasi dato a Pontifice signo, è Viennensi concilio, deletus est.

Templariorum ordo deletur.

Anno Dñi. 1312. Cracovia, Alberto Advocato authore, Boleslao Duci Opoliensium se subiecerat, accitumque, in urbem receperat. Arx verò cum defenderetur, nec expugnari posset, Advocati domum, in ipsis maenibus urbis, propè portam, (quae à D. Nicolao nomen habet) eminentem, pro Arce Boleslaus cum suis occupaverat. Qua de re certior factus Vladislaus Locticus, legatos ad Boleslaum praemisit, qui eum monerent, ut sua sponte excederet, quàm arma sua experiri mallet. Paruit monitis Vladislai Boleslaus, deductusque domo Advocati praesidio, urbe excessit. Quem autores defectionis secuti, in Silesia et Bohemia exulaverunt. Profugorum itaque bona Vladislaus in fiscum suum redegit. Advocatiae reddibus peramplos ademit. Primarios quosdam Cives, diris suppliciis affecit, partim equis discerptos, partim rotis implicatos. Civitati ius omne creandi Senatus abstulit, et in palatinum transtulit. Insimulatus est etiam Joannes Muscata Episcopus Cracoviensis, conscius fuisse illius defectionis, quod eò facilius creditum est, quod esset Silesius, ac propterea Biecense territorium ademit illi Vladislaus, ex eoque tempore id, in Regum potestate mansit. In hoc verò loco, ubi Advocatus Cracovien. iudicia habebat, modò Anno Dñi. 1684 Magnifica de Husie Anna Lubomirska, Castellani Voynicensis consors, Ecclesiam in honorem Beatissimae V. Mariae tituli ad Nives aedificavit, et ad eam Moniales S. Dominici, ad normam S. Agnetis de monte Politiano, eiusdem instituti, introduxit, et dotavit. Et nunc haec Ecclesia, Na Grodku, id est gdzie był przedtym grod do sądow Woytowskich, vocatur.

Advocatus proditor Cracoviae.

Consules Crac. suppliciis afficiuntur.

Moniales et Eccla na Grodku.

Anno Domini. 1315. Fames tam acerba Poloniam omnem, annis aliquot afflixit, ut nullo quamvis foedo eduli genere, ac ne cadaveribus quidem humanis, vulgò abstineretur. Et ut Dlugossus prodidit, parentes in liberos, et hi vicissim in illos saevirent. Quam famem ut par erat dira pestis consecuta est.

Fames, et pestis.

Anno Dñi. 1320. Missus est ad Pontificem Maximum Legatus, qui Vladislao diadema, et nomen Regium impetraret. Existimabant enim, inauspicatò id sibi Premislum, iniussu Pontificis assumpsisse, quod non ignorarent, interdictum esse, ea re nomini Polono, post caedem Divi Stanislai. Concedente verò Pontifice, comitiis Cracoviam indictis, Vladislaus cũ Uxore Hedwigi, ritu solemni coronatur in Basilica Cracoviensi, ab Archiepiscopo, et caeteris Episcopis. Atque ex eo tempore, Jus coronandi Reges, atque ipsa insignia Regni, Gnesna Cracoviam, propter amplitudinem splendoremque urbis,

Coronatio Regis, Gnesna Cracoviam translata.

et maximas Commoditates, translata sunt.

Jubileus primus institutus.

Anno Domini. 1330. Primum Jubileum, Bonifacius VIII. instituit.

Obitus Vladislai Loctici, Regis.

Anno Domini. 1333. Vladislaus Locticus Rex Poloniae, ad sextum Idus Martias, sacris Christi mysteriis, ritu Christiano perceptis, mortuus est, et in Basilica Cracoviensi, ad summam arae maximae sepultus. Ferunt corpus eius, pluribus post mortem diebus, dum solemnes exequiae parantur, insepultum, nihil putredinis, ac tetri odoris contraxisse.

ANNO DOMINI. 1334.

Casimirus II. Rex Poloniae.

Casimirus eius nominis Secundus, omnium procerum, et Equitum Voluntate, patri in Regnum sufficitur. Datus est autem illi iuuenilium consiliorum moderator, Joannes Melstinias, Castellanus Cracovien, vir grauis, et prudens, et amans Reipub. Itaque Casimirus, unâ cum uxore Anna, in Basilica Cracovien, ab Janislao Archiepiscopo, solenni ritu inunctus, diadema accepit.

Nix ingens in April.

Anno Domini. 1335. die 23 April. Ingens nix decidit, quae cum quinque dies durasset, praeter omnium exspectationem, singularem fertilitatem agris attulit.

Anno Domini. 1336. Tanta vis locustarum peruagata est, ut volantes, solis aspectum hominibus adimerent: humi vero stratae equorum ungulas crassitudine superarent, quae depastae maturescentes segetes, angustiorem annonam fecere.

Aurea Crux cum ligno S. Crucis in Basilica Crac.

Anno Domini. 1342. Casimirus secundus, Rex Poloniae, deuictis Russiae ducibus, Leopolim capit. In cuius Arce, ingens vis auri, et argenti, vetusta Russorum Ducum gaza, reperta est. Ubi et insignes duae Cruces erant aureae, plurimis et pretiosis gemmis distinctae: quarum altera, portionem ligni in quo Christus Jesus pependit inclusam habuit, quam Casimirus Rex Ecclae Cathedrali Cracoviensi obtulit, quae extat nunc in Basilica Cracovien.

De Rege Casimiro plurima.

Anno Dni. 1343. Quomodo Casimirus Rex, Anna uxore mortua, alteram duxit Adelaidam, eamque postea repudiauit: libidinibus indulsit: Bodzantam Episcopum Cracovien se admonentem, persecutus est: monitus autem à Summo Pontifice, Vicarium Cracovien necauit: excommunicatus, et peste afflictus: quomodo Casimiriam fundauit, et alia, hac de re vide in descriptione Casimiriae fol. 2.

Cracovia in periculo.

Anno Dni. 1345. Joannes Bohemorum Rex, Polonis bellum intulit, et tanto quidem ardore animi, ut tum denique se moriturum affirmaret, quum Cracoviae muros manu victrice palpasset: sed fortuna votis suis non respondente, turpiter à nostris fusus, et in fugam actus est.

Gelu et nix in Maio.

Anno Domini. 1353. Quum Martius, Aprilis, Maius, ultra medium, verno ac pene aestiuo calore, ad calamos, et aristas, segetes perduxisset: coorto derepente acri frigore, et gelu, nix duorum cubitorum alta terram operuit, et in sextum usque diem durauit, quâ soluta postea, quum corruptas esse segetes omnes existimarent, tanta praeter spem ubertas frugum, quanta vix unquam aliâs fuit.

Eccla S. Georgii in Arce Cracov.

Circa hoc tempus, Ecclesia S. Georgii, in Arce Cracovien, à Casimiro Magno Rege Poloniae, aedificata, et dotata.

Pestis Cracoviae.

Anno Dni. 1360. Pestilentia, cum latè per Poloniam, sex mensibus serperet, in oppidis, atque pagis, dimidiam fermè partem hominum absumpsit. Cracoviae quidē

Viginti millia mortuorum censa sunt. Magis tamen ea, in locupletes, et nobiles, quam in Vulgus grassata est.

Anno Dni. 1362. Penuria, et fame insignis erat, quae tamen Regis beneficentia mitigata est. nam in eius praediis, erat ingens vis frumenti, è superiorum annorum vbertate relicta, idque frumentum ditioribus quidem iusto pretio vendi iussit, plebs verò egena, partim commutatione rerum frumentum accipiebat, partim opus faciendo merebat. Quo quidem tempore, complures Arces, et oppida, muris, vallis, atque fossis, munita sunt, piscinae, aggeres, et aquae ductus multis in locis facti.

Tempore famis industria Regis.

Anno Domini. 1363. Carolus Imperator, Elisabetam, neptem Casimiri Regis, Boguslai Ducis Stetinensium filiam, vxorem ducere instituit. Nuptiis igitur dictus locus Cracouiae, ad Liberalia, quod Carnisprivium vulgò vocant, quo Conuenere inuitati à Casimiro Reges, Ludouicus Vngarorum, Sigismundus Gothorum siue Danorum, et Petrus Cypriorum: Duces praeterea, Otto Bauarorum, Zemouitus Masouiorum, Boleslaus Suidnicensium, Vladislaus Opoliensium, et Boguslaus cum sponsa filia. Ad extremum autem venit Carolus Imperator, cum splendido comitatu, eique venienti, omnes principes, atque Reges, cum Casimiro, Cracouiâ ad vnum milliarium obuiam profecti, et non modicum spatium pedibus progressi, (quod idem facere Imperatorem cognouerant) amicè inter se consultarunt. Quum autem Vrbi appropinquaret Carolus, sponsam cum patre, et magna puellarum, ac matronarum caterua, obuiam habuit deductamque cum ingenti pompa Cracouiam, in Arcem, Casimiro rogante direxit. Omnes liberaliter, ac magnificentissimè habiti sunt, durantibus usque in vicesimum diem nuptiis, et conuiuiis, et quum omnia ad nutum abundè suppeditarentur hospitibus, Regiorum procuratorum atque dispensatorum prouidentia, tamen ne quid magnificentiae desideraretur, magna dolia in foro, seu Circo Vrbis collocata sunt, alia Vini, alia auenae plena, vnde sumeret, quantum quisque vellet. Praeerat autem procuratoribus Verincus, germanus, Consul Cracouiensis, qui quum esset ditissimus, non habuit satis, nuptias illas Regio nomine, quàm splendidissimè administrare; sed ut sua quoque magnificentia Poloniae splendorem adderet, Imperatori, Regibus, Ducibus, et proceribus eorum, domi suae conuiuium magnifico apparatu dedit, et ampla munera omnibus largitus est. Inprimis autem Regi suo Casimiro, ita, ut quae ei donauit, plus Centum millibus florenorum aestimata esse dicantur. Nuptiis ritè peractis, et foedere sempiterno inter Reges icto, Casimirus sororis filiae, Centum millia florenorum dedit.

Nuptiae Cracouiae celebratae Imperatoris.

Verincus Consul Cracou. Imperatorem, quatuor Reges, et quinque Duces magnificè tractat et donat.

Per hoc Tempus, Metalla Bithomiensium plumbi cum argento intermixto ferracia, euanuerunt, post interfectos ab oppidanis, publico Consilio, duos Sacerdotes, Petrum Parochum oppidi, et Nicolaum, qui ipsis erat a sacris concionibus.

Poena peccati.

Circa hoc tempora, Cum Rex Casimirus, in libidines esset proiectus, ita ut etiam Judaeae cuiusdam Hester, consuetudine vteretur; Eius opera gens

Judaeorum prorogatio.

Judaica, magnas prærogatiuas, in polonia, a Rege adepta est.

Anno Dni. 1370. Casimirum Regem, in Sivadensi tractu, grauis casus afflixit. nam in festo Natiuitatis Beatissimæ Virginis Mariæ, venatum in proximas syluas, frustra disuadentibus nonnullis piis hominibus, profectus erat; vbi cū cupidè Ceruum fugientem, impedito loco, et inter vepres, persequitur, labente magno cum impetu equo, quo vehebatur, vehementer homo senex et carnosus conquassatus est, ita ut febre exagitaretur. Cracouiam deinde aduectus, et magis ac magis languens, tandemque sacris mysteriis de more procuratis, Nonis Nouembris, vitam cū morte commutauit, ac tertia die post, in Basilica Cracouiensi, ad dexteram aræ maximæ honorificè sepultus est.

Obitus Casimiri Magni Regis poloniæ.

Eodem Anno, post vulgatam Regis Casimiri mortem, Lituani in Lublinensem, ac Sendomiriensem tractum, excursionem fecere, atque inter cætera, calui montis Monasterium diripuêre: unde, quum inter aliam prædam, portionem Crucis Christi auro inclusam asportarent, et ad fines poloniæ peruenissent, memorabilis res accidit: plaustrum enim, quo Crux cū cætera præda vehebatur, nulla vi, neque iumentorum, neque hominum, loco moueri potuit, quin subitò conciderent exanimati boves, equi, et boues, quicunque id plaustrum attigerant. Cognita auten ex Russo quodam miraculi et cladis suæ causa, barbari mox crucem, cū Chorobala quodam nobili captiuo, libertate donato, ad locum suum remiserunt.

Miraculum circa lignum S. Crucis.

ANNO DOMINI. 1371.

Ludouicus Rex Vngarorum, à Casimiro successor designatus, post longam deliberationem, Rex fit poloniæ, et ab Jaroslao Archiepiscopo Gnesnensi, in Basilica Cracouiensi, Diadema solemni ritu accepit. et mox exequias Magnificentissimas, et sumptuosissimas, auunculo mortuo, apparauit. Coronatione Cracouiæ peracta, in Vngariam rediit, omni gubernatione poloniæ, Matri Elisabethæ commissa.

Ludouicus I. Rex Vngariæ, Rex poloniæ fit.

Accidit autem post discessum Regis, multi ex Vngaris remansêre Cracouiæ, qui cū domestica consuetudine, fœnum atque auenam (quum Cracouiam, siue ad mercatum, siue ad priuatum cuiusque vsum importaretur,) passim diripiebant. Id autem prædonius Brezius, nobilis adolescens, ne ipse quoque pateretur, familiam suam armatam quæ ante portam domus, (quæ ad portam Ciuitatis Casimiriensis sita erat) obseruare iussit: ibique cum Vngari in fœnum quod aduehebatur impetum fecerent, prædonij vero ministri prohiberent, iurgium atque prælium, inter Vngaros et polonos ortum est, quod cum concursu vtrinque suis opem ferentibus atrocius fieret; missus a Regina ad sedandum tumultum Jascus Lunita, præfectus Cracouiensis, qui sagitta Vngarica in turba, in collum percussus, ex equo defluxit, et exspirauit. Hic iam necessary, et familiares eius, dolore propè furentes, facto vndique concursu in Vngaros coorto, magnam cædem fecere, non eorū tantū, qui se in tumultu illo obtulerant, sed eorum quoque, qui in hospitiis et diuersoriis inuenti sunt, Centū sexaginta Vngari, eo die trucidati feruntur. atque ii modo salui fuerunt, qui in arcem effugere potuere: triduo deinde arx clausa, et ab armatis obsessa fuit. Et tum temporis Bursa Vngarorū in Academia desolata mansit.

Anno Dni. 1376.

Vngari 160 Cracouiæ occisi.

Anno Dni. 1382 Ludouicus Rex, quum languere se, ac sensim viribus desti tui sentiret, successorem polonis designat Mariam filiam, cum Sigismundo sponso eius, Marchione Brandeburgensi, Caroli Imperatoris, et Regis Bohemorum, ex Elisabetha nepte Casimiri Regis filio, quatuordecimū annū tunc agente. Interim vero Ludouicus Rex, 13 die septemb. Tirnauiæ in Vngaria finiuit vitam. post morte Ludouici Regis, polonorū animi a Sigismundo sunt alienati, et post comitia, Sigismundus coactus in Vngariam redire. Deinde Regnum Heduigi natæ minori collatum, secundū arbitrium polonorū nuptura, quæ Cracouiam ex Vngaria deducta, Idibus octobris, Regina poloniæ renunciata, et a Bozenta Archiepiscopo, solemni ritu inuncta, et Coronata est. Quam breui, Jagello magnus Dux Lituanorum, in coniugiū exposcebat, dumqꝫ conditiones sibi propositas suscepit, voti compos effectus. — Mors Ludouici Regis

ANNO DOMINI 1386.

Aduenit Cracouiam 12 die Februarij, Jagiello magnus Dux Lituaniæ, et in thalamo Heduigim Reginam salutauit, eiqꝫ dona perampla postridie misit. priusqꝫ autem cum Heduigi matrimonium iniret, vnà cum fratribus, et proceribus, atqꝫ vniverso comitatu suo, a Bozenta Archiepiscopo, et Joanne Episcopo Cracouiensi sacro fonte ablutus, et christiana religione initiatus Vladislai nomen accepit, atqꝫ ita matrimoniū mox cum Regina solemni ritu contraxit. quarto autem die post inunctus ab Archiepiscopo, Diadema regium nouum accepit. Nam vetus in Vngariam a Ludouico asportatum, nondum ad eam diem reportatum erat. sequenti die, in vrbem solemni pompa deductus, et in foro posito solio collocatus, ius iurandū a Cracouiensibꝫ de more accepit. Et tunc Lituania poloniæ adiuncta et ad fidē conuersa. — Vladislaus Jagiello Rex poloniæ. 11.

Anno Dni. 1390. Rex Vladislaus Jagello, et Regina Heduigis, studiis pacis occupati, muros Arcis Cracouieñ, qui humiles ad eam diem fuerant altius excitarūt. Sub id tempus, Monasterium in suburbano occiduo, titulo S. Mariæ in Arena, Carmelitis mendicantibus condiderunt. Psalteristarū quoqꝫ collegium in Basilica Cracouieñ ijdem instituere, attributo eis de salinis salario. — Muri arcis altius erecti. Eccl̃a in Arenis. Psalteristæ in Arce.

Anno Dni. 1401. Academia Cracouiæ fundata, ab eodem Rege Vladislao Jagellone, de quo vide in descriptione Casimiriæ fol. 3. — Academia fundata.

Anno Domini. 1406. Vladislaus Jagielo, suscepit bellū contra Crucigeros, quos cū non posset humili legatione ad pacem inuitare, post superbā responsionem Magistri, post duos strictos gladios similiter ab illis acceptos, expeditionē cunctæ poloniæ indixit. Vbi post largas eleemosynas fusas, post in monte Caluo singulare pietate, ubicū lacrimis rogatus Deus ut sit adiutor; in ipso certamine Bogarodzica Cantatum, pugnatū summa vi; interim hostes fracti, castra capta, plurimi cæsi atqꝫ capti. Diuinitus sane datam polonis victoriam. Nam fertur à multis ex vtroqꝫ exercitu, per oē tempus prælii, conspectus eē in aere, venerandus pontificali habitu vir, dimicantes nostros confirmans, hostibus vero terrorem incutiens, atqꝫ is Diuus Stanislaus Episcopus Cracouieñ fuisse creditur. Igitur gratiarū actio Deo facta solemni pompa, et Diuisio Apostolorum inter dies festos relata. Qui Crucigeri post hanc cladem, denuò multis annis, adiuti à Regibꝫ Bohemiæ, et Vngariæ, in polonos insurgebant, semperqꝫ Deo adiuuante, exercitus illorū a polonis fundebatur, — Bellū cū Crucigeris. S. Stanislaus apparet in aere. Festū Diuisionis Apostolorum.

Quibus cladibus permoti eorum Magistri, non sunt amplius ausi fortunam adver sus Reges polonos tentare. tandem Anno 1470. pace perpetua facta, et iuramento praestito, sensim intervierunt. Vide fol. 131.

Anno Domini. 1407. venerunt Cracoviam, ad Regem Vladislaum, ex Bohemia Hussitae haeretici, cum Coributo, Vitoudi fratre principis. Actum [illegible] de Religione, adhibiti Doctores Academiae Cracoviensis, qui errores ipsorum disputando refellerent, sed surdis auribus Boemi haec accepere. Quoad autem ii subsistere Cracoviae, Cessatum est à sacris, interdicto Sbignei Episcopi Cracovien. Itaq, propter solemnes paschae dies, Casimiriam Boemi, cum Coributo à Rege, eiecti sunt, frementes in Episcopum. Altera vice, Legati Boemorum Hussitorum haeretici, venerunt ad Regem Cracoviam, statim Cessatum est à Sacris, mandato Episcopi Sbignei. Contumeliosum id visum Boemis, Regi verò et caeteris Episcopis permolestum fuit, itaq excanduit Rex in Episcopum, et venienti ad se Visliciam, dexteram, benevolentiae symbolum, non porrexit, quin asperioribus etiam eum verbis increpuit. Cui Episcopus respondit: paratum pro religione exilium ebigatq mortem subire. Admonitusq [illegible] à Joanne Tarnowio palatino Cracoviensi, ut sibi diligenter caveret, subordinatos enim esse à Rege, qui eum de medio tollerent. Et egit quidem gratias palatino Sbigneus, sed tamen nihil ea nocte, in quam sibi periculum comparatum esse acceperat, de consuetudine sua remisit, in eodem cubiculo, eodem lecto cubuit, nullam sibi custodiam adhibuit, noctéq intempesta, cum vno sacerdote, et puero lumen praeferente, ad matutinas precationes templum adiit: neq adversi quicqm ei accidit, nec multò post, Sacerdotem Hussicum, qui ad Regem venerat, idem Sbigneus eiecit. Vir excelsi animi, et sempiterna posteritatis memoria dignissimus.

Zelus pro Religione Catholica. Sbignei Epi Crac.	

Hoc eodem tempore, Cestochoviense Monasterium, (quod propter peculiarem Virginis Mariae cultum, et frequentissimas non modò polonorum, sed etiam vicinorum peregrinationes, magnis divitiis refertum esse credebatur) poloni quidam, qui iam à Bohemis latrocinari didicerant, diripuêre, atq ut patrati sceleris, suspicionem à se in Hussicos Bohemos avertent, imagini Virginis Mariae, vulnus inflixêre, sed minorem opinione praedam retulere, meritasq sacrilegii poenas, intra illum ipsum annum expendêre.

[margin: Cestochoviensis Ecclesia et Monasterium direptum.]

Hoc intermissum. Anno Domini. 1400. petrus Wysch Episcopus Cracoviensis, Ecclesiam S. Mariae Magdalenae aedificavit, in platea Canonicorum nunc dicta, ut ibi celebraret. Hic cum solum duobus annis fuisset Episcopus Cracov. et in posnaniensem translatus, collegio Juristarum hanc Ecclesiam donavit. In eadem Eccla B. Joannes Capistranus Bernardinus, saepissimè missam celebrabat.

[margin: Ecclesia S. Mariae Magdalenae.]

Sub id tempus, Ecclesia S. Gertrudis in vallo suburbii Cracovien. aedificata, in Sepulturam horum, qui propter sua scelera capite plectuntur.

[margin: Eccla S. Gertrudis.]

Item. Anno Domini. 1394. Ecclesia S. Crucis, in suburbio Cracovien. aedificata, à Vladislao Jagielone Rege poloniae, propter sclavos, qui in eadem Eccla devotiones suas habebant. Fundatum erat ibidem Monasterium Benedictinis, sed morte Reginae intermissum.

[margin: Eccla S. Crucis.]

His temporibus, secundum Consuetudinem antiquam, quum Senatus polonicus, voluit in Comitiis, eligere Regem, primò omnes sumebant Eucharistiam, ut sic religiosius Reipublicae consulerent.

[margin: Pia Consuetudo.]

Anno Dñi. 1420. Judæi Cracoviâ pelluntur, die 27. Martii, ob enorme sce lus, quod infantem Christianum feria sexta maiori, crudeliter occiderunt, et in sacerdotem portantem venerabile Eucharistiæ Sacramentum ad infirmum, lapides proijciebat, de quo scelere, cũ quidam Sacerdos dictus Budek, in concione narrabat, adeo omnes auditores, præcipuè studiosos, in Judæos concitavit, ut in eos impetu maximo irruentes, de Vrbe Cracoviensi expellerent, et Synagoga eorum in Ecclesiam S. Annæ consecrata. post discessum Judæorum, thesaurus in collegio maiori, ubi nunc Lectorium, Socratis dictum, inventus.

Judæi Cracoviâ pelluntur.
Eccla S. Annæ.

Anno Dñi. 1433. Cometes non obscurus, plusqm̃ unum mensem pernox, Regiæ mortis Vladislai Jagielonis (ut tum credibim vulgò est, posteaqȝ eventus comprobavit) prænuntius apparuit.

Cometes.

Anno Domini 1434. Rex Vladislaus Jagiello, vbi vitæ suæ finem adesse sensit, sacris mysteriis procurari se iussit, offensas omnes remisit, sibiqȝ vicissim ab omnibus remitti petiuit, testamentũ condidit. Deinde pridie calendas Junias, animam exhalauit, cum regnasset annos duodequinquaginta, et tres ferè menses. Corpus eius in Basilica Cracouiensi, magno procerum atqȝ nobilitatis concursu, conditum est.

Vladislai Jagelonis obitus.

ANNO DOMINI. 1434.

Vladislaus III. Rex.

Post mortem Vladislai Jagielonis, convenerunt frequentes proceres Posnaniam, atqȝ ex consilii sententia, Vladislao natu maiori, defuncti Regis filio, Regnum detulerunt; sed quia adhuc impubes, et puer erat, licet multis contradicentibus, tamen opera Sbignei Episcopi Cracovien. Coronatio Regis in Basilica Crac. ritu solemni peracta est, sole ad vesperum declinante, provisoribus illi constitutis. postridie in Vrbem descensum, ad recipiendum a Civibus Cracovien. iusiurandum: nec tamen ascendit tunc Rex in præparatum sibi in foro solium, contentione orta, inter Episcopos, et Duces Mazoviorum, quod proximum Regi locũ sibi vtriqȝ vendicarent. Cum autem decimum quintum ageret Rex, confirmatum est ei Regnum et provisores amoti.

Brevi, Vngarorum Regnũ suscepit sibi oblatum, et Albæ Regiæ coronatus. Hic Rex vix vigesimum attigit annum, cum Turcis Vngariam invadentibus, bellum gessit, et illorũ Exercitũ magna strage profligabat. Interea Eugenius summus Pontifex, misit Julianum Cæsarinum Cardinalem Episcopum Sabinensem, per quem, ad prosequendum bellum excitavit Regem. Dum vero à Polonis revocatur domum, amori patriæ causam totius Christianismi anteferebat. pollicebatur quidem se in Poloniam venturũ sed propter bellum decretum, ad quod et Episcopi sua nomina dabant, ab Vngaris detentus. Amuratus vero Rex Turcarũ, toties clade suorũ afflictus, postulabat inducias, quas cũ sua magna gloria decennales Rex concessit. Quas inducias iuramento confirmatas, ex consilio Legati Apostolici, et Episcoporum non servavit, quare violatis pactis, cũ Amurato congressus est, et magna strage suorũ accepta, ipse quoqȝ viriliter fortiterqȝ agens, in bello occubuit. Julianus quoqȝ Cardinalis, et Episcopi Varadiensis et Agriensis consiliatores, fugientes perierunt. Accidit autem hæc clades, Anno à Christo nato. 1444. Regnauit Vladislaus in Polonia, annis 11. In Vngaria 5. Ipse vicesimũ ætatis suæ annum vix egressus.

Vladislai Regis interitus.

Mos antiq. sumendi Eucharistia a Senatoribus, ante electionem Regis.

Post diuulgatum Vladislai interitum, Casimirus princeps Lituaniæ, et Frater Vladislai defuncti, Rex electus, et ad Comitia inuitatus. dum semel, atque iterum, ac sæpius rem differre non cessat, Senatus sumpta quisque Eucharistia, Boleslaum Ducem Mazouiæ Regem nominat, Casimirusque consilii pænitens, per Reginam matrem prensat Senatum, et factus voti compos, post adhibitam rursus dissimulationem, Regnum suscepit.

ANNO DOMINI. 1447.

Casimirus IV. Rex Poloniæ.

Casimirus, insigni Lituanorum, et Russorum comitatu stipatus, Cracouiam 25 die Junii uenit. in sequenti die ritu solemni coronatus est. tertia die (Castellano Cracouiensi de more Coronam, Palatino sceptrum, posnaniensi uero palatino pomum, et sendomiriensi gladium præferentibus) in forum Urbis, ad recipiendu à Ciuibus iuramentum descendit.

Oppressio pauperum subditorum.

Sub Coronationis eius tempus, in Ecclesia, inter solennes Cæremonias, accidit res ominosa. Nam quum de pagis aliquot Tinecensi monasterio subiectis, pecudes pignorata, ob negatam Regi nouo inusitatam stationem essent, mulieres rusticanæ pecudes suas secutæ, eiulatibus et lamentis, non sine molestia, et fremitu omnium, templum impleuerunt. Nec sanè fefellit omen, sensere enim pressuram, Ecclesiæ, et Monasteria hoc rege regnante.

Nuptiæ Regis Cracouiæ.

Anno Domini. 1453. Die 9 Februarij. Noua nupta, Elisabetha Alberti Cæsaris filia, Casimiri Quarti Regis Poloniæ futura Coniunx, Cracouiam splendido Comitatu aduenit, a Rege ipso, unà cum matre, obuiam ei profecto, deducta. Honos eius matrimonii copulandi, Joanni Capistrano delatus est. (Fuit hic Italus non ignobilis, de ordine Franciscanorum, qui se Bernardinos appellant, doctrina, et sanctimonia vitæ polens, usque adeo, ut multis miraculis eam comprobaret.) sed quoniam, neque germanicam, neque polonicam linguam caleret, Sbigneus Cardinalis id peregit: Archiepiscopus uerò sacris operatus, nouam Reginam inunxit, ac diademate coronauit.

B. Joannis Capistrani aduentus Cracouiam.

Post Coronationem Reginæ, et nuptias Regis Casimiri, Joannes Capistranus Bernardinus prædictus, susceperat peregrinationem Bohemorum, maximè ad rectam religionem reducendorum gratia, et quum ea in re, non multum apud Boemos profecisset, a Sbigneo Cardinali et Episcopo Cracouiensi, accitus Cracouiam, effusa ei obuiam omni ferè Ciuitate, cum sacerdotibus, et Episcopo, atque ipso etiam Rege, et Regina, aduenerat. et posita in foro, ac deinde hyberno tempore, in æde Virginis Matris cathedra, quotidie per interpretem ad populū conciones habebat, et multos ægrotos diuina virtute sanabat.

Conuentus Bernardinorum erigitur.

Hic autor fuit Sbigneo, ut Cænobiū omnium primum in Polonia suis sodalibus, sub Arce ad australem portam Urbis conderet.

Cracouiæ in tumultu Andreas Tencinius occisus.

Anno Dñi. 1461. Andreas Tencinius, Vir vetustate, et claritate familiæ nobilis, Cracouiæ (quod fabrum armorum, qui arma sibi ad bellum proficiscenti tempori non perfecerat, bis pulsasset) concursu multitudinis Urbanæ, in æde Diui Franscisci oppugnatus, ac immaniter effractis foribus trucidatus est, cadauerque eius, in forum contumeliosè tractum, luto oblitum, et pugionibus confossum, tertia demum die amicis ad sepulturam datum. Hæc res in castra nunciata, quum leuius quàm pro atrocitate sui fieri uideretur, vehementi indignatione, animos nobili

tatis commouit, excitaturq; ab omni exercitu, Joannes Tarnouius Castellanus Sandecensis, graui oratione apud Regem, atrocitatem cædis Tencinianæ ita exaggerauit, ut et Regi, et Senatui Regio, excusserit lachrimas. Rex peracerbum sibi illū casum Tencinii testatus, causatusq; expeditionem, quò minus tam atrox facinus vindicare posset, non inultū fore promisit: qua re non difficulter multitudinem mitigauit. Judicium deinde Corcini in Comitiis, contra Cracouienses Consules, de cæde Andreæ Tencinii institutum est, atq; ii citati quum non sisterent sese (eò quod beneficio Casimiri secundi Regis, cautum sibi esse asseuerarent, ut non nisi Cracouiæ, coram Rege, causam unquam dicerent) absentes ad capitalem pœnam, et octoginta millia marcarum damnati sunt. Ad finem verò Anni huius, qui fuit 1462, Rex Cracouiam profectus est, instauratumq; in arce, in Cives Cracouienses Judicium, iure polonico, illis ne quidqm ad Saxonicum, quo Ciuitates polonicæ ferè utuntur prouocantibus: pronunciata ad extremum sententia ut quatuor de Senatu Urbano, totidem de plebe, cum Magistro lictorum capite plecterentur. Sex quidem capitibus plexi sunt, tres vero reliqui, à Joanne Rabstinio, vita donati, in Carcere, plusqm totum annum, in arce Rabstinensi asseruati, donec res cum Tenciniis transacta est. Sex item millia florenorum, Senatus Cracouiensis Joanni Castellano Cracouiensi fratri, et Joanni Tencinio defuncti filio exoluit.

Sex Cives Crac. capite plexi.

Circa hæc tempora. Contentio, et lis quædam, de Episcopatu Cracouiensi orta, inter Jacobum Sennenium, et Joannem Grusinium. Rege Grusinio fauente, et dicente; Malle se regno excidere, quam Sennenium pati Episcopum. Atq; horum quidem ambitio, et pontificiam authoritatem in polonia debilitauit, et electioni liberæ vim attulit, ita ut ex eo tempore, ea sublata, umbra modò eius quædam penes sacra collegia remaneat, non sine grandi, non modò Ecclesiasticæ authoritatis, verùm etiam Religionis, et reipublicæ iactura. De hoc latius vide in descript. Casim. fol. 11.

Tres Episcopi simul Cracouienses.

Sub id tempus; Duo Sacerdotes sæculares, Turski et Gnoinski, furto insimulati, innocentes à Consulibus Cracouiensibg damnati et decollati sunt. Qui consules, ab Episcopo citati, solum trecentis florenis pœnas rependerunt.

Sacerdotes sæculares decollantur.

Anno Dñi. 1464. Judæi Cracouiæ, a militibus occiduntur. de q vide in descript. Casim. fol. 11. ob quam rem Casimirus Rex Cracouiam veniens, Senatum Urbis tribus millibus florenorum multauit, eò quod huic militiæ fauissent.

Judæi occiduntur.

Anno Dñi. 1473. Incendia, ex nimio æstu et ardore solis, crebra extitere, Urbium, oppidorum et Villarum. Stradomia ad 26 diem Julii, penitùs conflagrauit. postridie verò, coorto in Cænobio Virginū apud S. Andream incendio, tota platea, quæ Arcensis dicitur, et proxima Canonicorū arsit. Arx ægrè defensa.

Stradomia et platea Castrensis arsit.

Eodem Anno. Ad cælestem patriam migrauit, B. Joannes Cantius, Academiæ Cracou. professor, et Theologiæ Doctor, die 24 Decemb. multis signis, et miraculis, tam in vita, quam post mortem clarus. Quem Anno Dñi. 1681. Innocentius XI. Summus pontifex inter Beatos retulit, ipsiusq; festum, sub ritu duplici, in polonicæ regno, ab omnibus Christi fidelibg, utriusq; sexus, tam à sæcularibs qm Regu

B. Joannis Cantii obitus.

laribus, qui ad Horas Canonicas tenentur, die 19 Octobris celebr. concessit.

Crux fulmine percussa.

Anno Dñi. 1477. Imago sculpta Christi Dñi Crucifixi, in medio Ecclesiæ S. Francisci collocata, tempore missæ, et elevationis Hostiæ consecratæ, fulmine percussa, et in partes discerpta.

S. Casimiri obitus.

Anno Dñi. 1482. S. Casimirus, Casimiri Regis Poloniæ filius, sanctimonia vitæ clarus, Vilnæ in Lituania obiit.

B. Michaelis Gedrocii obitus.

Anno Dñi. 1485. B. Michael Gedrocius, natione Lituanus, in Cœnobio S. Marci Cracoviæ professus, post longam et religiosam vitam, de laboribus huius sæculi, ad æternam requiem migravit.

B. Suentoslai obitus.

Anno Dñi. 1488. B. Suentoslaus, Mansionarius Ecclæ B.V.M. in Circulo Crac. ad beata regna discessit. Cuius vitam stylo polonico typis datam, in libro dicto, Forteca Monarchow polskich, videre est.

Casimiri Regis obitus.

Anno Dñi. 1492. Rex Casimirus Vilnam profectus, quum Trocos unius diei itinere pervenisset, morbo correptus, ubi advertit, supremum vitæ diem sibi imminere, testamentum condidit: deinde verò Sacrosancta Eucharistia ritè percepta, mense Junio, animam exhalavit. indeq; solemni pompa elatus, in Basilica Cracoviensi sepultus est.

Incendiū Cracov.

Nec multò post, pars urbis Cracovien. ad occidentem solem vergens, cum ea domo Academiæ, quam collegiū maius vocant, fortuito incendio conflagravit.

Tres soles visi.

Breui, post mediū Decembris, tres soles in meridie visi sunt.

ANNO DÑI 1492.

Joannes Albertus I. Rex Poloniæ.

Casimiro sepulto, frequenti senatu, in Aulam Regiam, Petricoviæ, conveniente, et Friderico Episcopo Cracovien. filio Regis, in Archiepiscopi absentia, Comitiis præsidente, 27 die mensis Augusti, Joannes Albertus Rex renunciatus est, non magis procerum suffragiis, quam populi foris circū comitia stantis clamore adiutus. Cracoviam deinde reditum est: ibiq; de more novus Rex, filius Casimiri Regis defuncti, à Sbigneo Archiepiscopo, ritu solemni iniunctus, diadema suscepit.

Rex vulneratur Cracoviæ.

Anno Dñi. 1496. Joannes Albertus Rex Poloniæ, deditus voluptatibus, persona sua regia indignis, conviviis, compotationibus, et choreis impensius indulgens, quodam tempore, cum noctu (uno aut altero fortassis ministro comitatus) Cracoviæ absq; lucerna obambularet, et in iuvenes ebrios incognitus incidisset, exorto temere iurgio, vulnus accepit, ex quo laboravit aliquandiu, ut ita immemor conditionis, et dignitatis suæ, plaga illa, non sine dolore, et rubore, officij sui diuinitus admoneretur.

Matrimonia sacerdotum.

Anno Dñi. 1501. Circa hæc tempora, sacerdotes contrahebant matrimonia. Vide sup. in descript. Casimiriæ fol. 7. et 18.

Joannis Alberti Regis obitus.

Eodem Anno. Rex Turoniam profectus est, a Friderico Magistro Cruciferorū iusiurandum exacturus, et interim apoplexia finiuit vitam. Cuius corpus Cracoviam euectum, in Basilica arcis honorificè sepultum est. Regnauit annos nouem.

Provincialis Franciscanus occisus.

Sub id tempus. Provincialis dictus Forton, a Franciscanis Monachis Cracoviæ occisus est de q vide in Descript. Casimiriæ. fol. 20.

Anno Dñi. 1498. Eccla s. petri in suburbio Cracou, dicto loco Na garbarach, ædificata, à Joanne Welf Medicinæ Doctore, cum fundatione. et hoc propter germanos, qui ut plurimū hanc artem Cracouiæ exercent, et debet hic Sacerdos germanus manere, propter Concionem habendam germanis. Eccla s. petri na garbarach.

ANNO DOMINI. 1501.

Comitia creandi Regis noui gratia, de more, à Friderico Archiepiscopo gnesnensi indicta; habitaqꝫ consultatione, Alexander, Magnus Dux Lituaniæ, filius Casimiri Regis, et Friderici Archiepiscopi, et defuncti Joannis Alberti frater, Rex renunciatus est. Nec longa mora interposita, maturauit is iter Cracouiam, suscipiendi diadematis gratia, comitatus, mille quadringentis equitibus, atqꝫ à Friderico fratre, in Basilica Cracouien, ritu solemni inunctus et coronatus est. Regina vero coniunx eius Helena, diadema regium non accepit, propter ea, quod græcorum schismati dedita, ab instituto Ecclesiæ Catholicæ abhorrebat. Alexander Rex poloniæ.

Anno Dñi. 1503. Elisabetha Regina, Casimiri Regis vxor, Cracouiæ obiit, pietate insigni, et munificentia in cultū diuinū singulari, femina. Hæc in Basilica Cracouiensi, viuens, capellam S. Crucis à fundamentis exædificauerat, omniqꝫ apparatu magnificè ornauerat, et censibus, ac domo, in octo presbyteros, et vnum ministrum collatis dotauerat; ibiqꝫ sepulta. In diui quoqꝫ Michaelis templo, in eadem Arce sito, totidem presbyteris, qui cantando, et sacris operando, assiduè cultui diuino insisterent, census attribuit. In arce Crac. Hosalia dicta. seu Capella S. Crucis.

Circa hæc tempora. Vxor consulis Crac. Melcherowa dicta, a Judæis dementata, fidem Judaicam suscepit, et cū a nemine ex viris doctis et religiosis auocari potuisset. eò quod fecerit iniuriam sacramentis, scilicet baptismi, et aliis, in foro Cracouien cremata. Vide in descript. Casim. fol. 19. Melcherowa Vxor consulis Crac. cremata.

Anno Dñi. 1505. Alexander Rex, paralisi in vna parte corporis tactus, Radomia Cracouiam asportatus est. tamen ope Medicorū à morbo liberatus, et initio sequentis anni, qui fuit 1506, Comitia polonorum habuit, et ibi proceribꝫ cū Episcopis certantibꝫ de ordine sedendi in Senatu, Rex controuersiam diremit. Tandem Tartari ex podolia, et Russia, ac Lituania, præda ingenti abacta, a glinscio Duce cæduntur. Rex vero Alexander iterū in morbum incidit, desperata salute, et testamento condito, sumptisqꝫ ritu Christiano sacris mysteriis, animam agebat; quum ei de victoria suorū nuntiatum est: sublatis igitur in cælum manibus, et oculis lachrimas stillantibus, tacitus, amisso iam vsu linguæ, gratias agere Deo visus est, nec mora animam exhalauit, 19 die mensis Augusti, 46 annū agens, quum non totos quinqꝫ annos regnasset in polonia. Obitum autem eius, paucis ante diebus, ad septemtriones conspectus Cometes portendit. quin et globus igneus clarissimus, quadam nocte, super turrim Curiæ senatoriæ Cracouiæ decidisse visus est. neqꝫ ita multò post, funus regiam superba pompa elatum, et in Basilica delubro, iuxta Casimiri corpus sepultum fuit. Rex Alexander paralisi tactus. Sessio Episcoporū in Senatu. Alexandri Regis obitus.

ANNO DOMINI. 1507.

Justis persolutis Alexandro Regi poloniæ, Sigismundus frater eius, Dux glogouien Sigismundus I. Rex poloniæ.

et Opavien, nec non Lituaniæ Princeps, communi omniũ consensu, electus est. Venit hic Cracoviam, Anno Dñi. 1507. die 20 Mensis Januarii, hora 20, et in Arcem sum̃a cum celebritate deductus. Coronatus 24 Januarii, et de more in foro Civitatis Cracovien, à Magistratu iuramentũ fidelitatis accepit.

Apostoli ficti.

Circa hæc tempora, quidam homines scelerati, Petrus Zatorski, Jacobus Mielszynski, et Advocatus de Brzesie, accitis sibi aliis, se Apostolos Christi fingebant, Judam obsessũ à diabolo, obvia quæque de cibo ac potu surripientem, deducebant, et sic plebem simplicem, per oppida et villas discurrentes seducebant, miracula ficta patrantes. Non diu tamen passus est Deus simplicitatem errantiũ seduci, et fidem orthodoxam irrideri; nam primò ab Episcopo excommunicati, deinde fustibus, et baculis, à plebe rusticana expulsi.

Hic Rex Sigismundus, altare argenteũ in Ecclesia Cathedrali Cracovien erexit.

Conscriptio nobilium.

Idem in Comitiis generalibus indixit, Conscriptionem nobiliũ in quolibet palatinatu fieri, quolibet anno. Ex palatinatu Cracov. post muros Casimirien, fiebat in festo s. Adalberti 23 Aprilis, quæ post Suecos intermissa est.

Quinque soles in aere.

Sub id tempus. Quinque soles in aere visi sunt, bella et tumultus significare viri Astronomi prædixere. quod brevi eventus comprobavit. Anno Dñi. 1520.

Capella Regale dicta in Arce Cracov.

Idem Rex, de tubro pulcerrimũ, et sumptuosissimũ, seu Capellã Basilicæ Cracovien exædificavit, atque adiunxit, cum instituto, integer, et concinnè Deum colentium sacerdotum collegio. In quo quotidie, missa de B.V.M. Regale dicta cantatur.

Clepardia arsit et suburbia.

Anno Domini. 1528. In festo s. Marci. Ingens ignis accensus, incipiendo ab Ecclesia s. Gertrudis, novam portam, plateam s. Nicolai, Ecclesiam eiusdem, Clepardiam, et omnia suburbia, et usque ad Circulum Cracovien, absumpsit. Quo tempore visus est s. Florianus in aere, vase aquæ, ignem extinguens.

Anno Domini. 1548. Sigismundus Rex, in morbũ incidit, moribundus, sacra Christi mysteria, ritu christiano expetiuit, et venerabundus accepit, sese totũ Deo religiosis verbis, et suspiriis comendavit. mortuus est, habens annos 81. Sepultus Cracoviæ die 26 Julii. Regnavit annis 41. post cuius mortem, cuncti in squalore, et mæstitia, dolorem præferebant, anno integro, nec in tabernis chorea, nec in vestibus splendor apparebat.

ANNO DOMINI. 1548.

Sigismundus Augustus. Rex Poloniæ.

Sepulto honorificè Sigismundo primo, Omniũ procerum, et nobilitatis consensu, successit parenti Sigismundus Augustus, qui iam antea vivente parente coronatus fuerat Ab Andrea Krzyc Archiepiscopo Gnesnensi. Anno Dñi. 1539. solenni cũ pompa, ingressus Cracoviam, Anno Dñi. 1548.

Filia matrem occidit.

Regnante hoc Rege. Cracoviæ, filia matrem suam occidit, quæ meritas sceleris sui pœnas luit, nam forcipibus candentibus excarnificata, demum in sacco occlusa, in Vistula demersa est.

B. Stanislai Kostka. obitus.

Anno Dñi. 1558. B. Stanislaus Kostka Soc. Jesu, nobilis polonus, Castellani Zacrocimensis filius, annorum 18. Romæ, adhuc Novitius in Religione, ex hac corporis custodia, ad paratam sibi inter cælites sedem, evolavit. A Clemente VIII. summo pontifice Beatis adscriptus.

Anno Dñi. 1566. Nix copiosa cecidit in Maio, tribusq; diebus duravit. Et eodem anno, pestis, et fames, plurimos mortales absumpsit.

Nix in Maio. pestis, et fames.

Anno Dñi. 1572. die 7. Julii, Sigismundus Augustus Rex Poloniæ, in Lituania knesin Civitate, vltimam diem clausit, Jagielonidis stirpis hæres vltimus, ætatis suæ anno 52. Magiæ, Alchimiæ, geometriæ studiosus, cũ regnasset annis 24. post decessum huius Regis, per duos annos, ob discordiam procerum Rege Polonia carebat. Cracoviæ sepultus.

Sigism. Augusti obitus.

ANNO DOMINI. 1574.

Henricus Gallus. Rex Polon.

Post varia studia, in eligendo Rege, procerum, et nobilitatis, tandem Henrico Valesio Gallo, principi Andegavensi, Regium diadema detulerunt. Ingressus hic 17. die Februarij Cracoviam; a Jacobo Vchanski Archiepiscopo gnesnensi coronatur. sed non diu eius regimine lætati sunt poloni; nam brevi post coronationem Henrici, magnos tumultus quotidie poloni facere, Regis præsentiam et maiestatem non curare, se invicem in duellũ provocare aggrediuntur. Tuncq; ad ipsam portam Arcis Cracoviensis, à Zborovio Vaporius lethaliter vulneratus, cum magno et ingenti tumultu, ut etiam ipse Rex maximè turbatus ad arma conclamaret, ex quo vulnere accepto, postea Vaporius mortuus est.. sub id etiam tempus, internæ inter gallos et polonos excitabantur discordiæ, tumultus, vulnerationes, et occisiones. Quare uno anno post coronationem non expleto, allatum est nuntium Henrico de morte Regis galliæ, fratris germani: nactus occasionem, timensq; ne detineatur a proceribus Regni, cum aliquot aulicis suis, tacitè fugit ex Arce Cracovien, proceribus duobus Zebrzydowio et Tecinio, frustra insectantibus fugientem; quem cũ revocare literis et nuntiis non possent, vacavit sedes Regni anno vno, nam hi qui in Regno authoritate pollebant, reversũ sperabant, verũ ipso tardante, spe frustrati, Varsaviæ Conventũ fecere, et stephanum Bathoreum, Vngarum, Transylvaniæ Palatinum elegerunt.

Henricus Rex ex Polonia fugit.

ANNO DOMINI. 1576.

Stephanus Bathoreus Rex Poloniæ.

Stephanus Bathoreus, Cracoviam veniens, magno cum honore susceptus, Coronatus Cracoviæ, à Stanislao karnkowio Archiepiscopo gnesnensi. Hancq; electionem accomodam et tempori, et Regno fore, quod is acri ingenio, solerti prudentia, rei publicæ gerendæ dexteritate, præstaret. peractisq; omnibus, quæ de more Coronandis Regibus fieri consueta sunt Regnum regendum suscepit. Hic Rex expletis in polonia annis 11. Grodnæ in Lituania, morbo Comitiali decessit. Anno Domini, 1586. Die 12 Decembris. Cracoviæ sepultus in capella Cebovis quam ipse de marmore ædificavit. Hic Rex, Judicium Tribunalis Regni instituit.

ANNO DOMINI. 1586.

Sigismundus III. Rex Poloniæ.

Stephano Bathoreo fatis functo, procerũ; Alii Rudolphum Cæsarem, alii Maximilianum fratrem eius, in votis habuerunt: magna tamen pars, Sigismundo tunc annum 16. agenti, Regi hæreditario Suecorum, et Gottorum, Duci Finlandiæ, (nam is de stirpe Jagielonida ex Catharina Regis Poloniæ filia natus) Regnum deferebat. Maximilianus autem, in spem potiundi Regni, singulos proceres

prensare caepit, quorum consilio, et magno applausu, Cracoviam deducitur. sed Sigismundo, cui adipiscendi Regni, prerogatiua, optimo iure obuenire posse dicebatur, aduentanti, Maximiliano Cracovi: aditus denegatur: qui tamen cum his copiis quas addu xerat, explicatis Vexillis Cracoviam temere aggreditur, minis et muneribus sollicitans, ipse manens in Villa Mogila dicta, contra quem cum minora tormenta currulia, quae gallinacei oui magnitudine pilam euomebant, displosa essent, tum cum ex Vrbe procurrere, et manu conserere turmae Ciuium properassent, et Garbaris ubi germani latebant succensa essent, ipse Maximilianus fugatus, cum ignominia Cracovia recessit. Sigismundus uero, summo cum splendore, et omnium acclamatione receptus, a Stanislao Karnkonio Archiepiscopo Gnesnensi, in Basilica Cracoviensi, solemni ritu, Coronatur. Anno Dni. 1588.

Sub id temporis, tantum Vigebat Ecclesiarum ornamentum amplificandarum studium, ut eo potissimum inter se certarent, quod ex sequentibus annis patebit. Nam imprimis

Eccta SS. Petri et Pauli. — Anno Dni. 1597. Sigismundus III. Poloniae Rex, suae erga Deum Religionis, erga principes Apostolorum Venerationis, erga Societatem Jesu liberalitatis, firmum, et constantem, volens esse testem, Ecclesiam Magnificam, magnificentia tanto principe dignam, in Honorem SS. Apostolorum Petri et Pauli, in platea Castrensi extruxit.

Eccta SS. Mathaei et Mathiae Apostolorum. — Anno Domini 1600. Eccta SS. Mathaei et Mathiae Apostolorum, contigua S. Stephani Ecctae, per Stanislaum Rey de Nobylany, pro tunc parochum S. Stephani aedificata, postea PP. Societatis Jesu, cum collegio collata.

Carmelitarum discalceatorum introductio. — Anno Dni. 1605. Eccta Immaculatae Conceptionis B.V.M. in suburbio Cracovien. dicta Na Strzelnicy, aedificata ex ista occasione. Summus Pontifex Clemens VIII. Patres Carmelitas discalceatos, misit in Persiam, ad praedicandum illis gentibus Euangelium, qui venerunt Cracoviam, et propter bella Moschi, commorati sunt sex mensibus in Vrbe. Interea Bernardus Macieiowski, Epus Cracovien. habens perspectam illorum deuotionem, et regularem obseruantiam, tanquam homines nouos, facto Consilio cum spiritualibus et saecularibus personis, quod futuri essent proficui in Eccta Dei, retinuit eos Cracouiae, deditque eis in suburbio Cracovien. locum, et domos Saueticorum, in eoque loco aedificauit Ecclesiam, ibique manebant usque ad annum 1634, deinde propter locum humidum, in quo saepe morirebantur, translati sunt in eum locum, in quo nunc extat celebris Eccta et Monasterium Monialium, post muros Cracovien. sub titulo B.V. Mariae immaculatae conceptionis, Vocaturque Sic locus Na Strzelnicy.

Ecclesia S. Michaelis. — Anno Domini 1611. Eccta S. Michaelis, et S. Josephi, erecta in fundo diversorum Dominorum, partim empto, partim donato, Curâ et studio Petri Tylicki Epi Cracov. Deinde A.D. 1618. die 25 octob. ad hanc Ecclesiam introducti sunt Carmelitae discalceati, ex suburbio Cracoviensi.

Ecclesia S. Vrsulae. — Anno Domini. 1612. Ecclesia S. Vrsulae, aedificata ex eleemosynis in Vrbe Cracovien. Ad quam introducti sunt Religiosi dicti Boni Fratres, per Generosum Dominum, Sebastianum Montelupi, olim Nobilem Florentiae in Italia,

postea à Sigismundo III. Rege Poloniæ, ob præclara eius merita, ad prærogativas, et immunitates Reipublicæ Polonæ admissum.

Ecclesia S. Martini Epi Conf., in platea Castrensi, inprimis ædificata, à quodam Equite Polono, de familia Gryphorū, de Domo Ostoia. Deinde A.D. 1618. data est hæc Ecclesia Monialibus S. Theresiæ Carmelitis discalceatis. Insuper ex Eleemosynis hæc Ecclesia sumptu non modico reædificata. Anno Dñi. 1638. — *Ecclesia S. Martini, Epi Conf.*

Anno Domini. 1624. Ecclesia Immaculatæ Conceptionis B.V. Mariæ, nunc dicta Ztobek L. Jelusow, in platea S. Joannis Evangelistæ, ædificata, exactis et pulsis inde hæreticis, qui ibi sua Conventicula habebant, dicta Broz. Hic locus PP. Bernardinis S. Francisci datus, à Stanislao Lubomirski, Comite in Wisnicz, Palatino Cracoviensi. — *Ecclesia dicta Ztobek in platea S. Joannis.*

Anno Dñi. 1625. Prætorium Cracovień conflagravit, ab hac parte, qua forum piscium, ibiqꝫ multa frumenta combusta sunt. Eodem anno Clepardia bis conflagravit, octavo die post primum incendium. — *Prætoriū Cracov. combustū. et Clepardia.*

Circa Annum 1630. Capella S. Petri, in platea Castrensi, inter lapideas erecta, Capitulū Cracovień ipsius Curam gerit. — *Capella S. Petri Apli.*

Item Ecclesia parva, S. Rochi, ædificata, ad quam extat Hospitale, propter studiosos infirmos, provisores huiꝫ Hospitalis sunt Consules Cracovień. — *Eccta S. Rochi.*

Item Hospitale in platea Castrensi ante Ecclesiam S. Martini, pro solis Sacerdotibus sæcularibꝫ, infirmis, senio confectis. — *Hospitale Sacerd.*

Item Ecclesia S. Thomæ Apostoli, circa hoc tempus erecta, Ubi eiectis hæreticis qui in ea lapidea suas prædicationes habebant, consecrata, et Carmelitis tradita. — *Ecclesia S. Thomæ*

Item Ecclesia S. Casimiri Confessoris, Regni Poloniæ Patroni, ex piis eleemosynis ædificata de latere cocto, cum Monasterio Religiosorum S. Francisci Reformatorū discalceatorum, ante muros Cracovień, post portam sive ianuam S. Annæ. Quæ Ecclesia Vix aliquot annis extitit integra, nam à Suecis Cracoviam oppugnantibus, totaliter cum Monasterio demolita est. Post recessum Suecorū, Patres migraverunt in Urbem, in eum locum, Ubi nunc extat Eccta et Monasterium eorum in platea Rogacha dicta, S. Casimiri titulo insignita, cum consensu Magistratus Cracoviensis. — *Ecclesia S. Casimiri.*

Anno Domini. 1632. Sigismundum Regem, mors è numero Vivorum sustulit, Ultima die Aprilis, ætatis anno 66. cū regnasset annos 45. Corpus in Basilica Cathedrali Crac. Sepultum. A.D. 1633. 4 Febr. simul cū Regina — *Sigismundi III. Obitus.*

Anno Domini. 1633.

Vladislaus eius nominis IV. Filius maior natu Sigismundi, post Patris mortem magno omnium Ordinum consensu, atqꝫ alacritate, diadema Regium adeptus. Ingressꝫ Solemni cū pompa Cracoviam, die quarta Februarij. Sequenti die, in Basilica Cathedrali Cracovień, a Joanne Wężyk, Archiepiscopo Gnesnensi, coronatus. — *Vladislaus IV. Rex Poloniæ.*

Circa hæc tempora, gravis lis orta est, inter Academicos Cracovienses, et Religiosos Societatis Jesu; qui Scholas publicas minores et maiores, in collegio suo, ad Ecclesiam SS. Petri et Pauli, in platea Castrensi erexerunt, et docuerunt, in præiudiciū Academiæ Cracoviensis, a Regibus Polonis fundatæ, et a summis Pontificibus privilegiis dotatæ. — *Lis gravis inter Academicos et PP. Societ. Jesu.*

Quaproter Academici, de huiusmodi iniuria, coram Rege, et Sede Apostolica conquæ
sti, (interim a studiosis Academiæ petulantib[us], multum Societas perpessa; et cu[m] in dies
coalescere solidius, cum maximo scandalo, hæreticoru[m], Iudæoru[m], et ipsoru[m] fideliu[m] cœperat
tot maloru[m] series, eo audaciæ pervenit iuventus Academica, ut turmatim congregati, qui
dam Societatis collegiorum fenestras lapidibus excutere, alii quasi collegiu[m] expugnaturi, fores
effringere, post patres in civitate clamare, corvos vocare, studiosos illoru[m] vulnerare, et
libros eripere, palam sine ullo metu, ac reverentia religionis, non dubitarent. Sub hoc tempus
libru[m] famosu[m], pasquillum, Gratis dictum, quidam conscribere contra societatem, eumq[ue] inter homines
spargere, et divulgare ausus est. * postea — in foro Cracoviensi combustus est. Rex igi
tur Vladislaus, sacræ Religioni Societatis, et Academiæ, consultum volens, et hæc scanda
la, in initio Regni sui exorta proscripturus, ut litem terminaret, re diligenter cognita,
in Comitiis generalibus, authoritate Apostolica, Societati in perpetuu[m] studia interdixit.

*Contra libellu[m] Gratis dictum re scripserat Societas, et quia multis iniu rosus refertus fuit, ideo iste libellus dictus Regratis, publicè in foro Cracov. crematus.

DE ACADEMIA CRACOVIENSI.

Academia, fundata a Rege Vladislao Iagielone, et Hedvigi consorte eius, Anno D[omi]ni.
1400. de q[ua] vide fol. 3. Collegium Maius, et collegiu[m] minus, atq[ue] collegium Iuristarum, in
platea Castrensi ab iisdem fundatum. Ad ista collegia fundata sunt Contubernia pro studiosis.

Primum Contubernium dictum Hierusalem, a Sbigneo olesnicki, Episcopo Cracovien[si], et Cardi
nali S. R. E. Anno D[omi]ni. 1456.

Secundum Contubernium, dictum pauperum. à Vladislao Iagielone Rege Poloniæ
et Anna Regina, fundatum. Anno D[omi]ni. 1408.

Tertium Contubernium, dictum Iuristarum, in platea Castrensi, ex opposito collegii
Iuristarum, pro studiosis, qui Iurisprudentiæ operam dant, fundatu[m] à Ioanne Dlugossio Ca
nonico Cracov. Anno D[omi]ni. 1480.

Quartum Contubernium, dictum Philosophorum, penes contuberniu[m] Hierusalem, ab Andrea
Noskowski, Episcopo plocensi, fundatum. Anno D[omi]ni. 1560.

Quintum Contubernium, Zizinistarum dictum, circa Annu[m] 1624, a Ioanne Sisinio,
S. Th. Doctore, et Canonico Vratislavien[si] fundatum, in quo studiosi clericali utuntur
vestitu.

Sextum Contubernium, Stavinsellianum dictum, a Laurentio Stavinselio, Academiæ
Zamoscensis Doctore et professore, et Ecclæ S. Thomæ, Decano Infulato. Anno Domini.
1643. fundatum.

Septimum Contubernium, Gelancianum, alias Smieskovianum dictum, à Laurentio Smie
skowic de Brzeziny, Academiæ Cracov. Medicinæ Doctore, in Latinis, græcisq[ue] literis, eru
dito, fundatum. Anno D[omi]ni. 1646.

Classes, seu scholæ Minores, fundatæ primò, à Bartholomæo Nowodworski, Milite
Maltensi, in platea Columbarum, penes muros Cracovien[ses]. Has postea translatas in plateam
S. Annæ, penes collegiu[m] Maius, et de lapide cocto ædificatas, cum oratorio, et fundatas à
Vladislao IV. Rege Poloniæ. Anno D[omi]ni. 1643.

Oratoria sua, primò Academici Cracov. habuerunt, apud PP. prædicatores, in Ecclesia
SS. Trinitatis, in capella, uel ubi fit capitulu[m], et sepultura Religiosoru[m]. Deinde apud PP.
Carmelitas discalceatos, in Ecclesia S. Michaelis, in ipso Monasterio, ibi in festis solemnibus, ora
tiones a nobilib[us] habebantur, qualibet vero D[omi]nica et festo, concio latina, à sacerdote illi[us]
ordinis peragebatur, Missæ cantabantur etc. Tandem ultimò in ipsis classib[us], vel scholis mi
norib[us], Anno D[omi]ni. 1643. erectis.

Anno Dni. 1636. propè portam Cracou. Wislna dictam, ædificata est Ecclesia, cũ
cænobio Virginum, ordinis præmonstratensis, sub titulo S. Norberti Epi Conf. Ad quod cæ
nobium, introductæ Moniales, de conuentu Zwierzynecensi, die 5. septemb. Ipsa verò Ecclesia
dedicata, Anno Dni. 1642. die 18 Mai. Hic locus erat quondã Scheticorum.

Ecclesia S. Norberti.

Anno Domini. 1639. Ecclesia SS. Apostolorum Simonis et Judæ, in suburbio Cracou.
ex eleemosynis piorum ædificata, cum xenodochio, propter peste infectos, bis conflagra
uit. provisores eius sunt Ciues clepardien, ex censibg, habet præpositum.

Ecclesia SS. Simonis et Judæ

Circa Annum Dni. 1454. Eccta S. Valentini, ante muros Cracouien, ex piorũ elee
mosynis ædificata, cum xenodochio mulierũ, pro lepra infectis tum temporis.

Ecclesia S. Valentini.

Anno Dni. 1162 (Quod omisimus) Ædificata Eccta S. Augustini, in Zwierzynicio
suburbii Cracou. per Nobilem Virum Jaxam, de Domo et Familia Gryphorum. dein
de à Gedeone Episcopo Crac. dotata. Ad hanc Ecclesiam est Monasteriũ Monialium or
dinis præmonstratensis. Ibidem, in colle eminenti, Ecclesia S. Saluatoris, seu Transfigu
rationis Domini, parochialis, ædificata à petro Dunin, Comite de Skrzynno.

Eccta S. Augustini.

Ecclesia S. Saluatoris.

Anno Domini. 1640. Ecclesia S. Josephi, in meditullio Vrbis Cracou. ædifica
ta, à Jacobo Zadzik, Episcopo Cracov. Ad hanc Ecclesiam introductæ Religiosæ
S. Francisci tertii ordinis, sumptæ de Cænobio S. Agnetis in stradomia, a petro Gę
bicki Episcopo Cracouiensi.

Ecclesia S. Josephi.

Anno Dni. 1639. patres Soc. Jesu Annũ Centesimũ solenniter celebrabant. deq
Vide fol. 32.

Annus Centesimus PP. Soc. Jesu.

Anno Dni. 1641. Cracouiæ, Lutherani à studiosis spoliantur. Vide fol. 32.

Lutherani spoliantur.

Canonicorum Cracouien Cathedralium qualis habitus. Vide fol. 32.

Anno Domini. 1643. Cracouiæ Synodus Diœcesana celebratur. Vide fol. 32.

Synodus Diœces.

Sub id tempus, petrus Gembicki Episcopus Cracou., palatiũ Episcop. Crac. sumptu
se erexit, post Ecctam S. Francisci ad muros Cracou., in quo ædificia, partim colla
psa restaurauit, partim noua excitauit.

palatiũ Epi Crac.

Anno Domini. 1648. Ecclesia S. Scholasticæ Virginis, cũ cænobio Monialiũ
S. Benedicti ædificata, per Annam Cæciliam Trzcinska Abbatissam in Staniatki, et
per Generosum Martinum Swidowski, sumptu non modico.

Ecclesia S. Scholasticæ.

Anno Domini. 1645. Ecclesia, Misericordiæ Dei sub titulo, in suburbio Cracouien,
sic ædificata. Anno Dni. 1545. Nobilis Joannes Zukowski de Bystrzyca, apud generosũ
Joannem Myszkowski de Mirow, emit aulam Smolensk dictam, et ante istam aulam Eccle
siam siue Capellam ædificauit, sub titulo Misericordiæ Dei. post aliquot annos, infirmus
decumbens in lecto, et morti proximus, testamentaliter executoribg mandauit, quatenus ipsi
hanc aulam in Xenodochium pro pauperibus conuerterent, quod cũ Executores non fece
runt, imò istam aulam sibi appropriauerunt, et sic ista Ecclesia desolata mansit per Centũ
annos. tandem sic Deo ordinante, Anno Dni 1646. Quidam Jurista, Joannes Olszki, inter alia
Munimenta Castrensia, casu inuenit inscriptionem huius loci, et cuidam ex Confessariis Eccle
siæ Cathedralis obtulit, Qui ex mandato petri Gembicki Epi Crac. possessores huius loci ci
tauit, et decretum in Tribunalitio Lublinensi ~~obtul~~ obtinuit. Et sic illa Eccta cũ Xenodo
chio pauperũ, ex piis eleemosynis deinde reædificata, et habet suum præpositum.

Ecclesia Misericordiæ Dei.

Anno Domini. 1648. Die 20 Mai. In Lituania Ciuitate Merecz, Vladislaum
IV. Regem poloniæ, mors exuuiis mortalitatis spoliauit. Cuius corpus Cracouiã aduectum,

Vladislai IV. obitus.

in Basilica Cathedrali sequenti anno, die 15 Januarij sepultum est.

ANNO DOMINI. 1649.

Joannes Casimirus IV. Rex Poloniæ.

Post decessum Vladislai IV. quantocius proceres de Rege eligendo solliciti, ob bellum imminens, cum Cozacis, et Chmielnicio Duce eorum, tamen ob certas causas, non nihil electionem Regis retardavit, procerum authoritas. Tandem Joannes Casimirus, eius nominis Quartus, frater Regis defuncti, electus. Die 17. Januarij, anno 4 sup. à Mathia Lubinski Archiepiscopo Gnesnensi, in Basilica cathedrali Crac. coronatur. De ipsius ingressu Cracoviam. Vide fol. 35.

Suecorum Rex inuadit Cracov.

Anno Domini. 1652. Rex Suecorum, primò Poloniam, deinde Cracoviam inuadit. Vide de hoc. fol. 38.

Anno Domini. 1661. De Confoederatione militum. Vide fol. 40.

Helveticus submersus.

Anno Domini. 1663. Studiosi Cracou., pravitatis Haereticae exstirpatores, post festum Ascensionis Dni, compererunt quendam Nobilem, Haereticum, dictum Zielenski, aduenisse Cracoviam, cum duobus famulis, et breui post aliquot horas ad suam possessionem reuersurum. quare post Casimiriam diuisi in duas partes, quidam a montibus, ante Ecclesiam S. Leonardi, quidam ex parte Ciuitatis; dum ille reuertitur Cracoviam, et ingreditur pontem, clamor ex utraque excitatur parte, ille perterritus cum equo in Vistulam prosilit, et submersus est. Facta post inquisitio, ad instantiam consanguineorum, sed frustra, nam quidam ex studiosis dispersi, alii fugerunt.

Anno Dni. 1668. De incendio in Eccla SS. Trinitatis. Vide fol. 42.

Joannes Casimirus Rex, resignauit Regnum.

Eodem Anno. Joannes Casimirus Rex, in Comitiis generalibus, resignauit Regnum, et discessit in Franciam.

ANNO DOMINI. 1669.

Michael ~~Kory~~buts. I. Rex Poloniæ.

Post discessum Regis Casimiri, proceres cum Nobilitate, de nouo Rege creando, frequenter Varsaviam conuenerunt. Iniecta fuit quidem, aliquot principum extraneorum mentio, et promotio, verum licet repugnantibus proceribus, cum tumultu nobilium, electus est in Regem, Michael Korybuts, Dux in Wisniowiecz, de regno nunquam cogitans; quare magno consensu eum Regem creant, et in verba noui Regis omnes iurant. Reluctabatur quidem diu, precibus tamen, et consilio victus, assensit. Fecit hoc Nobilitas ideò, quia proceres corrupti muneribus, quisque suum ex principibus extraneis, promouere conabatur. Ingressus Cracoviam Die 15 Januarij, insigni pompa Equestrium pedestriumque copiarum stipatus. Coronatus à Nicolao Prazmowski Archiepiscopo Gnesnensi, in Cathedrali Ecclesia Cracoviensi.

Eodem Anno. Confraternitas S. Josephi introducta est ad Ecclesiam S. Michaelis. Vide fol. 43.

Sub id tempus. PP. Societatis Jesu, ad Ecclesiam S. Barbarae manentes, cupiebant collegium suum, usque ad Ciuitatem Cracov. dilatare, curabantque aliquo modo, loca mansionariorum Sacerdotum, ad Ecclesiam B.V.M. degentium occupare, verum Archipresbytero Nicolao Slowikowski, semper renitente ubique, etiam apud sedem Apostolicam, nihil effecerunt.

Obitus Regis Casimiri.

Anno Dni. 1674. Joannes Casimirus Rex Poloniæ, in Francia, in viuis eê desiit. Cuius Corpus, Curâ Andreae Trzebicki Episcopi Cracovien. aduectum in Poloniam.

Obitus Regis Michaelis.

Anno Dni. 1675. Michael Koributs Rex Poloniæ, vitam cum morte commutauit

ANNO DOMINI. 1676.

Joannes III. Rex Poloniæ.

Unanimi Consensu Varsaviae, electus est in Regem, Dux Exercitus, Joannes Sobieski. Cuius ingressus Celebris peragebatur Cracoviae die 30 Januarij. Coronatur, ab

Andrea Olszewski, Arcsiepiscopo gnesnensi, in Basilica Cathedrali Cracov. cetera vide fol. 51.

Anno Dni. 1680. Oratorium Cracov. fulmine percussum. Vide fol. 54.

Eodem Anno. De B. Joanne Cantio. Vide fol. 54.

Anno Dni. 1681. In festo Translationis S. Stanislai, Joannes Malachowski, Episcopatum Cracovien. adeptus est, cui sedem suam Cathedralem ingredienti, cleri populiq. congratulantis frequentia stipatus, effusa nobilium corona, faustis apprecationibus iucunde insonuit. — Ingressy celebris Epi Cracov.

ANNO DOMINI. 1683.

Przed kilku lat, Leopoldus Cesarz chrzescianski, w węgrzech, poodeymowat koscioly heretykom, ktore przed tym byty katolickie. O co z heretykami, wiat sie Emericy Tekieli, xiąze w węgrzech, y zebrawszy kilkanascie tysięcy Rebellizantow, wielkie bunty czynit w węgrzech, koscioty katolickie burzyt, Cesarzowi odeymowat zamki. A dowiedziawszy sie, ze Cesarz na niego zbiera woysko, udat sie pod protekcyą Turka. Cesarz Turecki rad okazyey; postat wielkiego wezera pod wiedeń, ktorego woysko rachowano na kilkakroc sto tysiecy, procz samych Tatarow. Gdy tedy wiedeń byt w oblęzeniu, dtugo sie dobrze bronili z wiednia Turkom. Na poczatku Marca, seym byt w warszawie, na ktory seym przyiachat poset Cesarski prosząc o posilek przeciwko Turkom, obiecuiąc zotnierzom ptacic. Zezwolili na to panowie y krolem, na ten czas Janem Trzecim, aby Cesarzowi dac ratunek. — Woyna w węgrzech. — Seym w warszawie.

Tedy wybrat sie na tę woynę krol, y przy nim wiele panow polskich, y obadwa Hetmani koronni; In festo S. Laurentii na zamku krakowskim, w kosciele, po mszey, y kazaniu, dawat mu Benedictią Nuntius Apostolicus, Opicius Palauicini Arciepiscopus Ephesinus, ktory w ten czas y msza spiewat: na ktory akt kazano sie wszystkiemu duchowienstwu processionaliter z Reliquiami SS. stawic. Pod ten czas Innocentius XI. Summus Pontifex, rozpisat do panow chrzescianskich listy, aby na tę woynę pomogli. A zatym rozkazano, po wszystkich kosciotach krakowskich supplikacye, 40 horarum, cum expositione SS. Sacramenti, takze y processie ze wszystkich kosciotow, do tego gdzie byty supplikacye, na ktorych supplikacyach y Sama krolowa, y Nuntius Apostolicus bywat. Krol zas, nim na tę woynę wyiachat z krakowa, pierwey nawiedzit obraz w Częstochowie Nasz. panny, takze obraz N. P. na piasku, y grob B. Cantego u S. Anny. A przed nim insi panowie polscy, z xiązęty Niemieckiemi stączywszy sie, z Turkami sie uganiali. — Krol bierze benedictyą na woynę.

Gdy tam pod wieden przyiachat krol, przez Dunay sie z woyskiem przeprawiwszy, dat pole Turkom 12 Septembris. a to dziwna, ze niewiedząc nic o tym Nuntius Apostolicus, y Biskup krakowski Joannes Malachowski, wniedziele zaraz po obiedzie takze 12 Septemb. connuo cato clero Regulari et Seculari, processionaliter, wyznili processyą solenną, z zamku do Nasz. panny w Rynek krakowski, cum venerabili sacramento, wtasnie w ten dzien kiedy sie victoria z nieprzyiaciela stata, y Bractwa wszystkie. Na tey processyey Biskup krakowski niost Nasz. Sacrament w Monstrancyey, Legat y drugi Biskup prowadzili krolową. Na tey processyey, niesiono Reliquie SS. pewne, na marlach wysoko, kosztownie ubrane, iako S. Jacka od S. Troyce. Reliquia B. Stanistawa kostki od Jezuitow. Reliquia B. Cantego z Akademiey. Reliquia B. Salomei od Franciszkanow. Na tey processiey stata sie sprawa, ktora Reliquią mieli niesc — Woyna pod wiedniem. — Krol woinie pod wiedniem.

Processia solenna w Krakowie y supplikacie.

immediatè przed SS. Sakramentem. Dominikani chcieli aby S. Jacka, powiedaiąc że to Cano
nisatus swięty, a Jezuyci niechcieli vstąpić z Reliquią B. Stanislai Kostka; po długich
sporkach, cū scandalo plebis et cleri, Dominikani, z lanemi świecami, obrocieli Reliquią
S. Jacka ku kościołowi S. Mariey Magdaleny, y wynieśli ią nazad do S. Troyce przez Gro
